



Clariss. imperialis Urbis Lubeci chronicorum libri tres

<https://hdl.handle.net/1874/429314>

2
CLARISS. IMPE.
rialis Urbis

L V B E C I
C H R O N I C O R V M

LIBRI TRES AB HERMANNO
Bonno primùm Germanicè notati, de
inde à Doct. IVSTINO GOBLE-
RO Goarino Iureconf. in La-
tinum uerfi, & iam re-
cens euulgati,

*Vnà cum orationibus duabus eiusdem D. IV-
STINI GOBLERI in obitum illustriss.
Principis Erici Senioris Du-
cis Brunsvicensis, &c.*

LECTORI.

Reperies in hoc scripto, amice lector, non solum quæ cogno-
uiste ad rerumpub. administrationem uehementer conducet,
sed etiam diuinæ cum benignitatis tum indignationis exem-
pla in primis obseruanda, ac pietatis studiosis dignissima co-
gnituri: quod ipse, modo legere non pigeat,
ingenuè nobiscum fatebere,

B A S I L E A E.

IN HISTORIAM HANC

Iustini D. Gobleri Epi-
gramma.

Harum laudanda est semper cognitio rerum,
Quæ mentem rectis moribus instituunt.
Credimus Historiam tales sibi sumere vires,
Qua nihil humano est aptius ingenio.
Scilicet indoctæ ductrix uitæq; magistra,
Resq; domi gestas & fera bella docet.
Quæ vitia imperia & perdunt, urbesq; superbas,
Quæ stulta populos credulitate mouent.
Recte Magistratum format, plebemq; rebellem
Corrigit, & leges reddit utriq; suas.
Omnia in hoc scripto florentis facta Lubeci,
Et uarios casus istius urbis habes.

AMPLISSIMIS AC
PRAESTANTISSIMIS VI-
ris Senatui populoq; Lubecēsi, do-
minis suis colendis, I V S T I
N V S G O B L E R Do-
ctor S. D.



Quidem semper amaui eos, amplissimi uiri, qui operam dederunt, dantq; ut res maiorum recte aut secus gestae prorsus memoria hominum non excidant. Quid enim incundius est historia, quae & praeteritorum nos commonefacit, & quae uel sequenda uel omittenda sunt, citra adulationem docet? Temporum enim iuxta ac ueritatis testis est. Quamobrē non potuit mihi nō place

EPISTOLA

*re summè Hermannii Bonni concio-
 natoris ueſtri diligentia, quam in
 colligendis ueſtræ urbis Annalib.
 diligenter & accuratè præſtitit, in
 quibus pleraq; non ad ueritatem mo-
 do, ſed etiam ad pietatem diuinumq;
 cultū referre mihi uidetur: quod cer-
 te hoc tempore non uulgarem laudē
 meretur. Hoc autem Chronicon
 ſcriptū nos in Latinum obiter con-
 uertebamus ideo, ut cū iſthæc rerū
 ueſtrarum conſeſtatio nobis iucun-
 da eſſet, ſcituq; digna uideretur, e-
 tiam ab alijs qui ueſtro uernaculo
 non ita capiuntur, et literis delectā-
 tur, ſic fortasſe magis legeretur.
 Nolim enim huic ſcripto accidere,
 quod de hiſtoria ſuorum temporum
 Cicero dicit, eam ſcilicet ſic ſcri-
 ptam*

N V N C V P A T O R I A .

ptam fuisse, ut ne legeretur quidem.
 Potuisset autem Bonnus ipse me-
 lius hoc, ni fallor, atque elegantius
 quam nos, præstare, si uoluisset: sed
 cū nō faceret, ne memorabilis histo-
 ria interim iaceret, aut negligere-
 tur fortè, sed aliquanto longius ua-
 geretur atq; propagaretur, præser-
 tim cum passim nostræ ætatis magi-
 stratus, ac eos qui ad Reipublicæ
 gubernacula sedent, ad diuinum cul-
 tum, ad ueræ religionis studia am-
 plectenda, ad pacem, concordiam,
 & tranquillitatem amandam atque
 colendam inuitet, libenter nos præ-
 stitimus Annalibus uestris cum quæ
 potuimus uertēdi honorem, in uestri
 simul ac urbis laudatissimæ gratiã
 & cōmendationem. Certe ut quod

EPISTOLA.

Sentio dicam, inter uertendum, ac rerum istarum tractationem, sæpe mihi Reipublicæ uestræ urbisq; uidendæ cupido incessit. ac fuissent forte quædam à me clarius etiã atq; significantius reddita, urbe antè uisa atque perspecta. Sed hoc quicquid est operæ, studio politiæ ac urbis uestræ susceptæ, bene mihi atq; in meliorem partem uertere uelitis, obsecro. Doctorem Rudelium, syndicum uestrũ, mihi ueteri amicitia iunctum saluto, uobisq; commendo. Ac bene ualete, uiri amplissimi.

Datum Munda.

ILLVSTRI PRINCIPI AC DO
mino Erico Duci Brunsvicensi & Lunebur
genfi, &c. Iustinus Gobler Doctor
S. D.



Olui Ericæ princeps illu-
stris, historiam hanc tibi le-
gendam exhibere duas ob
causas. Prior est, quod ma-
iores stemmatis tui clarissimos Heroas
aliquot, eorumq; res gestas, fortunam,
mores breuiter recenset. Nam si qua ge-
neris uetustati gloria debetur, ut maxi-
me deberi putem, ea tu carere nõ potes,
cum ex hoc scripto constet, non ab auis
et atavis modo, sed ab aliquot etiam sæ-
culis stemma tuum generosorum Du-
cum Brunsvicensium deriuari. Etenim
Henricus Leo Bauariæ simul et Brunf-
uigæ dux, quondam opibus, dititionibus
ac uirtute præstantissimus heros (quam-
obrem & Leonem uulgo cognomina-
tū fuisse existimo) ab hinc iam quadrin-
gētis annis ad imperij sui gubernacula
sedit. In quo pacis & belli uirtutes mul-
tę atq; insignes elucent, in quo etiam ua-

IUST. GOBLERI

rios fortunæ casus et multa rerum discrimina disces, ut qui utriusq; fortunę tam secundæ quàm aduersæ aleam egregiè iecerit, expertusq; fuerit. Nam quod teritiò in Italiam cum Imperatore Friderico primo profectus est, declarat reuerentiã atq; obediëntiam ei cui debebatur præstitam esse. Nec laude caret, neq; uulgaris prudentiæ argumentum est, quod ante in patria ac ditione sua pacem inter uicinos cõstituerit, quàm ex illa decederet: ne turba ac motus se absente concitarẽtur. Quemadmodum postea factum est à Nidoto Vandálorum Tyranno, qui rei conuentæ & pactiõni nequaquam acquiescens, turbas & proditiõnẽ Henrico absente parabat. Proinde reuerso illo, pœnas quoq; p̄fidiaẽ dedit, neque enim hunc tyrannum modo, uerum et alios quosq; factiosos piratas & prædones infestissime persecutus est, atq; deleuit. Quę uirtus ac iusticia principis summo opere commendanda est, ac prædicanda. Congruit enim bono & graui præli di curare, ut pacata atq; quieta sit prouincia

EPISTOLA.

tia quam regit, malos homines conqui-
 rat, & prout quisq; deliquerit, in eum a-
 nimaduertat, quemadmodum grauissi-
 me Vlpianus tradit. Iam & in ecclesias,
 ac eos qui ecclesiastico nomine censebā-
 tur, singulari pietate ac liberalitate fuit.
 Multa enim præclara ac memorabilia
 beneficia in ecclesias & earū ministros
 sui temporis, cum quidem cōcionandi
 munere adhuc fungerētur episcopi, cō-
 tulit. Conradum etiam Geroldi fratrem
 Mindensem episcopum, uita functum,
 in parentum suorum auitumq; sepul-
 chrū condi uoluit. Huic autē tanto He-
 roï idē ferē contigit, quod & alijs mul-
 tis præstantissimis uiris, qui secūdis re-
 bus facti audaciores, insolescentem ini-
 micamq; fortunā experiri coacti sunt.
 Et re ipsa edoctus ille est, quā difficul-
 ter potentis amici cultura (ut Flaccus in-
 quit) retineatur. Nā cū à gratia et fauo-
 re Friderici Imperatoris excidisset, pro-
 pterea quod in Italiam quartò proficisci
 recusasset, regno ac ditione sua cū uxo-
 re ac liberis in Britanniam profugiens

IVST. GOBLERI

deturbatus est ab Imperatore, eiectusq̄.
Sed has ærumnas, hoc exilium et fatum
suum non secus atq̄ Aeneas, seu Vlyf-
ses, aut alius quispiã uir prudens & cor-
datus ratione atque consilio moderatus
est, uicitq̄. Mortuo em̄ Imperatore, Bri-
tannici regis auxilio in patriam rediit,
eamq̄, sed non integram tamen, neque
citra puluerẽ (quod diciẽ) recuperauit.
Quanto autem magis seruasse ab initio
patriam præstabat. Sed uerissima est op-
timi Poëtæ sententia,

*Multa dies uariuq̄ labor mutabilis æui
Rettulit in melius, multos alterna reuifens
Lusit, & in solido rursus fortuna locauit.*

Et talia communiter accidere ijs solent,
qui secundis rebus efferuntur & in sole-
scunt. Quoniam autẽ multa in hoc Leo-
ne præclara exẽpla pietatis, iusticiæ, for-
titudinis ac aliarum uirtutum conspicie-
es Ericæ, quæ principem deceant, histo-
riam hanc commendatam tibi uel prop-
ter domesticum exemplũ habere debes.
Deinde quę huic urbi, quę principibus
ac rebus publicis alijs uel secũda uel ad-
uersa

EPISTOLA.

uersa contigere, imagines nobis esse de-
 bent & exempla, nihil absq; metu timo-
 req; Dei felix diu firmumq; stare posse,
 nec consilio humano imperia consistere,
 aut respub. teneri, ubi ille manum ab-
 straxerit. Tot enim mutationib. tot ma-
 gistratibus eligēdis nihil efficitur, si nō
 ille legerit, consilia gubernauerit, succes-
 sum dederit. Persuasum enim omnib.
 pijs mētibus esse debet, sine cōsilio Dei
 nec cōstitui, nec retineri posse respubli-
 cas. Itaq; cum in hac historia non mini-
 mas seu mediocres religionum, urbium
 atq; imperiorum mutationes leges, cōsi-
 derabis humanarum rerum imbecillita-
 tem atq; inconstantiam, quod Deus im-
 peria mutet & trāsferat pro suo arbitra-
 tu, ut uidere est in Vyneto, Iulino, Bar-
 denico, alijsq; magnificis quondā urbi-
 bus & rebus publicis, quarū præsens hi-
 storia mentionē facit, quę nūc ferē aliud
 nihil sunt quā quod poēta de Troia
 dicit, Campus est ubi Troia fuit, &c.
 Nec dubium est regem Christiernum
 omnibus summis potētatibus atq; prin-
 cipib.

IUST. GOB. EPISTOLA.

cipib. in exemplum collocatū esse, qui
tribus potentiss. regnis exutus, tyran-
nidis suæ poenas in captiuitate uitus
dum pendit. Quamobrē Satyricus me-
ritò exclamat,

*Magne pater diuūm, sæuos punire tyrannos
Haud alia ratione uelis, cum dira libido
Mouerit ingenium feruenti tineta ueneno,
Virtutem uideant, intabescantq; relicta.*

Cum igitur hæc historia tam horribiliū
casuum nos commonefacit, et ad uitam
utilis est, ut quæ causas mutatorum &
inclinorum quorundam imperiorum
recenset, debes eam cum propter maio-
res tuos, quorum originem tibi refert,
tum propter rectam doctrinam, quæ ad
rerum gubernandarum considerationē
prodest, & ad mores conducit, lubens
amplecti. Bene uale Princeps illustris.

Munda, Idib. Martij. Anno

CHRONICA EO

RVM QVAE PRAECIPVE

facta gestaꝫ sunt in imperiali urbe Lubeco, breuiter iuxta ac diligenter ab Hermanno Bonno primum Germanicè notata. deinde à Doctore Iustino Goblero

Goarino Iurecons. in Latinum uersa, et iam recens cuulgata.

OPTIMIS, MAGNIFICIS
& prudentibus uiris, Dominis & fau-
toribus, Senatui populoꝫ que Lube-
censi gratiam & pacem in
CHRISTO.



QVIDEM cum breui hoc tempore, magnifici uiri Domini, quo cōcionatoris munus apud uos in hac urbe uestra Lubeco obibã, quasdam non minimas aut leues mutationes casusq; animaduenterem, facile adductus sum ea occasione, ut breuiter illos annotarem, quo constarent uulgò ac publice, adeoq; ad posteritatem sic fortè transmitterentur hæ res, ex quibus uaria administratæ urbis mutatio cognosceretur. Nec omnia tamẽ, nec passim quæq; sed præcipua tantum facta gestaꝫ, à primordio urbis, in unum ueluti aceruum atq; fasciculũ collegi,

HERMANNI BONNI

legi, è quibus facile urbis huius ærumnæ aduersitatesq; patebunt: præsertim autem, quàm non absq; diuino numine tales politiæ seu Respublicæ conseruentur ac retineantur, res ipsa declarabit. Quod uero istud tantum bonum non agnoscunt homines, multo minus pro eo gratias agunt Deo, quin ubi prætergressum sit haud ultra memorantur, fit, ut cum Dei opera à nobis nihili pèduntur, malum malo, seditioni seditio in perniciem ac pœnam hominum continuo ueluti succrescat atq; succedat. Maior etiam his plaga metuenda est, posteaquam diuina beneficia liberaliter adeo atq; clementer nobis iam ex diuini uerbi nuntiatione elargita, unde & Reipublicæ tranquillitas & felix ciuitatis status existit, non agnoscimus. Sentimus enim & experimur, subducta ferula immemores Dei beneficiorum nos esse, nec quibus immeriti atq; obruti eramus tenebris, ærumnisq;, amplius expèdimus aut recordamur. Quàmquam autem eius rei quisq; hodie in sua conditione ac statu per prædicationem Euangelij commonetur, tamen & hæc exempla aliquid ad id conducunt penitus introspecta atq; cognita, quibus utiq; docemur, Reip. successum atq; salutem, aliarumq; rerum prosperitatem ex solo Deo pendere, da-

P R A E F A T I O.

re, dariq; mortalibus. Cum primis autem posteritas his exemplis ad diuinum cultum honoremq; excitanda est, atq; informanda, ut pacem atq; concordiam ciuium maximi ducat, caueatq; ne quid tentet aggrediatur ue, unde bella, seditiones, adeoq; mutationes reipublicæ causentur & oriantur. Nec abs re fuerit hunc in usum præcipua quæq; facta gesta q; Senatus uestri diligenter annotari, ac peculiari libro conseruari. Dolendum enim est, pleraq; eiusmodi exempla factaq; huius urbis temere intercidisse, aut quæ extant non meliori ordine à doctis hominibus pro dignitate literis exarata conscriptaq; esse, & conseruata. Quanquam autem ipse officij nomine occupator sum, quàm ut his iustâ operam nauare possim, tamen rationem annorũ secutus, præcipuas quasdam historias huius urbis succinctè ac breuiter designabam, sperans alios ociosiores hoc meo exemplo ductos, hæc eadem & alia similia maiori cum studio atq; diligentia in gratiam ac fauorem huius Reipubl. descripturos atq; explicaturos esse. Nihilominus equidem confisus uestra humanitate tamen, istâ operam uos non improbaturos, at in meliorem partem accepturos esse arbitror, præsertim cum eo animo fecerim, ut secundum

Euan-

P R A E F A T I O.

Euangelij puram doctrinam pax etiam concordia & tranquillitas ciuitatis eo magis constaret ac firmaretur. Proinde Chronica hæc magnifici Domini, iam uobis à me nominatim inscribi ac edilibuit, oroq; Deum ut in profectionem atque augmentum sui diuini uerbi, proq; cõmuni Reipublicæ bono & tranquillitate retinenda uos uestræq; urbis statum diu conseruet incolumem, tueaturq; per filium eius Christum Seruatorem nostrum, Amen. Datum Lubeci, X X V I I I, Martij, Anno M D X X X I X.

Hermannus Bonnus.

duæ, Vynetum & Iulinum.

Vynetum urbs
Vandalica.

Intestina disti-
dia & luxus
perdunt Resp.
& ciuitates.

Vynetum magna & opulenta urbs fuit, ac præcipuum in Vandalia emporium, iuxta flumen Diuenouenū prope mare sita, mercibus distrahendis admodum accommoda aptaq; . ac is quidem mercatus ibi fuit, qui postea Visbum in Crotiam deuenit atq; translatus est. Posteaquam enim Vynetum deuastata est, conciditq; Visbum condita, & ex mercibus ampla potēsque facta est. Concidit autem Vynetum nulla alia de causa, quam ob intestina distidia ac tumultus, quodq; fortunam ipsa suam ferre nequiret, cui rei & alia vitia accesserunt, diuini numinis contemptus, ingratitude erga Deum, & similia vitia. Nam & fastus luxusq; , & frequens regiminis mutatio, tum bella quoq; ciuitati causam deuastationis & interitus attulerunt.

Iulinū ciuitas
Vandalica, &
celebre emporium fuit.

Iulinum quoq; magnum & celebre emporium in Vandalis fuit, inter Pormeranas ad Oceanum præcipua ciuitas, tantæ ob id famæ ac nominis, ut in tota

tota sibi Europa ferè parem aut similem non habuerit, excepta Constantinopoli. Hoc autem emporium exponendis mercibus liberum fuit Russis, seu Rutenis, Danis, Saxonibus, & cæteris gentibus. Soli Christiani tutum non habuerunt aditum, accessumq; , quos in tantum non ferebat Vandalia, ut etiã edictis à se alienaret prohiberetq; , neq; saluū eis conductum seu tutum aditum indulgeret, ceu reliquis gentibus ad exercendum mercatū. Quamobrem quoq; ira Dei in eam ciuitatem ingruit, ne impune sibi hoc ferret. Post enim multas fœcundas res, prosperitatem, uictorias, quibus Iulium longo tempore aduersus Danos steterat floureratq; , tandem ea fortuna ac felicitate, Dei permissione commutata, factum est, ut ciuitas à Danis igne belloq; uastaretur.

Graue hoc quidem ac memorabile *Magistratus* exemplum est diuini iudicii, qui peccata non timens, & præcipuè contemptum sui nominis, atq; inobedientiam non relinquit *Deū perdit* *Rempubl.*

4 CHRON. VRBIS LVBECI
inultam. Quocirca magistratus pariter
ac subditi metu Dei ducantur tenean-
turq; necesse est, discantq; pacem & rei
publicæ successum atq; salutem in ma-
nu Dei sitam esse. Ipse enim sua beni-
gnitate atq; misericordia regna & ciui-
tates dat fouetq;, ac populū conseruat:
quemadmodum e contra quoq; pro-
pter flagitia nostra, & ingritudinem
a nobis bona illa auferre, alióque trans-
ferre potest ac solet, ueluti in his ma-
gnis & præcipuis emporijs, Vyneto
& Iulino factum est, nobis alijsq; om-
nibus in exemplum, ut iram Dei exti-
mescamus, nec efferamur, neq; donis
Dei abutamur. Is enim proculdubio
has ciuitates ita excisas atq; euerfas, a-
lijs urbibus & emporijs in exemplum
propofuit in hac ditione, & præsertim
huic Lubeco urbi, ne in eandem olim
sortem, calamitatemq; incidant quin
potius Deum inde semper
præ oculis habere
discant.

De Ham-

DE HAMBVRGA VRBE.

HAmburga maior est, et antiquior Hamburga
 urbs inter Vandalicas, in qua ciuitas Van-
 rolus Pipini pater suum habuit uica- dalica.
 rium, seu, ut hodie uocant, Locum Carolus Pi-
 tentem, in eam & collocaturus erat pini pater.
 metropolitanum Episcopum, qui in
 Ecclesiasticis rebus caput ac primas ef-
 fet, in hisce ciuitatibus ac regionibus
 omnibus: ueruntamen id propter bel-
 la Danorum, ac Pomeranorum inter-
 missum est. Dani enim Hamburgam
 expugnarunt, igneque uastarunt, ita ut
 & Cæsaris uicarium Vtonem ei jce- Vto Caro-
 rent, Posthæc tamen Cæsar rursus in- li uicarius.
 staurari urbem præcipit.

DE PRIMORDIO VRBIS LVBECI.

Lubecum primò cœptum est iu- Lubeci ur-
 xta Suartouam ædificari in ditio- bis exor-
 ne Vagria, quam nunc Holsatiam ap- dium.
 pellant, in qua tunc quidem omnium Suartouæ.
 maxima atque præcipua ciuitas Al- Vagria.
 denburgum habita est. Sub hoc au- Aldenbur-
 tem situ pluribus semper periculis ex- gum.
 ponebatur, maximeque infestabatur, ita

Rugij. Suedi. ut tandē etiam à Rugijs seu Suedis, & oppugnaretur & expugnaretur. atq; ob id compulsā est quotannis in templum idolo Rugiēsi inferre tributum: nimirum certam pecuniā summam. Neq; extrui hoc loco poterat Lubecū propter bella & infestationes. Hinc facile à primordio huius urbis apparet, ab hominibus tantum magnas ciuitates extrui, seu conseruari non posse, si Deus nō aspirārit, felicemq; successum indulserit. Quinimo tale coeptū haud procedit, sicubi & locum, & tempus non dederit Deus. tum enim & recte incipietur, & feliciter coeptum progredietur.

Holfatis praefectus Gotschalcus. Crito tyrānus. Caeterum à quo primum coeptum sit Lubecum iuxta Suartouam condī, incertū est. hoc autem constat, illo tempore Holfatis praefuisse Gotschalcum, quem post secutus est alius tyrannus Crito nomine, isq; tumultu ac seditio- ne quadam excitata, ditionē eam adeptus, ac princeps lectus est. Porrò Gotschalcus (qui uir bonus, & Christianus prin-

princeps erat) prodicione sui ipsius populi cæsus est, ac periit.

Sub eo tempore Collegium Aldenburgi extructum est, atq; fundatum, & Episcopi ipsi concionandi munere *Episcopi ipsi concionantur.* tunc fungentes, Vandalos ad Christianismum perduxerunt. Ne autem in eam rem deinceps alij quoque deessent, sed ut populus doceretur, optimus princeps Gotschalcus nonnulla Monasteria atq; Collegia extruxit fundauitq; , ad profectum & utilitatem uniuersæ ditionis, & ad Christiani nominis inter Vandalos propagationem. *Ad quid monasteria & collegia primitus extructa sint.* Ex quo conijcere quis facile potest, qua opinione primū ducti boni principes, & in quem finem Collegia & campestria monasteria ædificanda curarint; nimirū quo idonei homines ad literas & ad sacra studia colenda pararentur, informarenturq; , qui ubi opus esset & ipsi postea populo in ministerio uerbi præesse possent, quem *Corueia monasteriū uetus in Vuestphalia, atq; præcipuum.* admodum & historiæ de Corueia, monasterio in Vuestphalia sito, perhibent,

8 CHRON. VRBIS LVBECI

hībent, inde quosdam ad Rugienses
translatos pro abolenda idololatria, ac
informando Christianismo per præ-
dicationē Euangelij: quod factum est
tempore Friderici secundi Cæsaris.

DE MUTATIONE LVBECI
ci urbis.

CVM autem Lubeco ad Suarto-
quam nihil succederet, nec suæ res
hoc loci prosperarentur, incolę urbem
relinquunt, ac eum, qui nunc Lube-
cum appellatur, locū inter Trauenum
& Vacenissam flumina inædificarunt,
quod & non sine magna infestatione
atq; inuidia uicinorum obtinuerunt.
Nam ab eo cœpto bellis, & infestatio-
ne hostium aliquandiu impediti ac re-
morati sunt, donec subuentum est eis,
auxiliumq; latum ab Adolpho à Scho-
uenburgo Holsato comite, actum de-
mum recte condi cœptum est Lube-
cum. Etenim cum Adolphus uir bo-
nus & Christianus esset ad pacem, con-
cordiam, & amicitiam cum uicinis in-
eundam retinendamq; propensus, fa-
cile

Trauenus
& Vace-
nissa flumi-
na.

Adolphus à
Schauuen-
burg co-
mes Holsa-
tus.

Que uirtu-
tes in prin-
cipe amen-
tur.

LIBER PRIMVS. 9

cile obtinuit ab omnibus amari. Ac
ita sub eo Lubecum rectè exadificari
coeptum est, feliciterq; progressum,
Anno salutis, M. C. XL.

M. C. XL.

Iam & hoc in Adolpho observatio-
ne dignum est, singulare donum Dei
esse, si Princeps aut Magistratus pa-
cem adamet, idq; uehementer subditis
cōfert ad cultū, & timorē Dei, cætera-
rumq; rerū prosperitatem. Nihil enim
posthabuit Adolphus eorū, quibus il-
la prouehere, ac doctos, probosq; Ec-
clesiarum ministros instituere posset.

Volunt quidam, inter Trauenum
& Vacenissam flumina, priusq; Lu-
becū conderetur, piscatores habitasse,
quorum unus Luba appellatus fuerit,
unde & ipsa urbs Lubecū nomen obti-
nerit, sed incertum hoc est.

Luba pesca-
tor, à quo
Lubecum
urbs appel-
lata.

DE PRIMA PERTVRBATIONE

et afflictione Lubeci urbis.

Niclotus Vandalorum in ea regio-
ne, quam hodie Megaloburgen-
sem nuncupamus, princeps, classe, &
milite armato in Trauenum appulit,
b s cumq;

Niclotus
Vandalorū
tyrannus.

cumq; eo ipso tempore nundinae haberentur mense Iunio, magna celeritate Lubecum ante obruit quam oppidani defensionem parare possent, depraedabat ciues iuxta ac extraneos mercatores, omnibusq; bonis ac mercibus spoliabat, propemodum trecentis à Vandalorum cohorte occisis. Causa autem huius irruptionis hinc extitit, quod

*Conradus
Imperator*

cum mandato Imperatoris Conradi expeditio in Vandalos, ut Christianam fidem susciperent, moliretur, petijt ab Adolpho Holsato comite Niclotus secum contra Caesarem foedus iniiret: quod Adolphus Nicloto principi denegauit, nulloq; pacto in id consentire uoluit.

*Sic hodie
quoq; multi
sunt cau-
ponantes
Euangelii.*

Atqui expeditio haec Saxonum ex Caesaris mandato suscepto contra Vandalos infeliciter cessit. Quamuis enim Vandali baptizari sese sustinerent, nomenq; Christianum amplecterentur, tamen saepe descuerunt, nec fidem seruauerunt: idcirco quod suum inde quaestum Saxones, tributum item ac regnum

regnum potius, quàm gloriam Christi eiusq; cultum quærent.

Postquàm autem res sedatæ pacatæque sunt in Vandalia, orta est lis inter duos Zenonem & Canutum, regimnis atq; imperij gratia apud Danos, quorum alter regis Erici, alter regis Magni filius erat. Verum Zeno quod ætate maior esset, administrationem obtinuit. Itaq; contra eum Canutus cum Adolpho comite Holsato conspiravit, seq; coniunxit: quo factum est, ut mercatores Lubecenses impediti, remoratiq; tuto negociari non potuerint. quæ altera quidem urbis Lubeci afflictio fuit atq; calamitas. Nec memoria indignum exemplum est conspirationis seu confœderationis, à principibus magnisq; ciuitatibus notandum, ne leuiter sese ac statim cum exteris principibus coniungant, copulentur: quandoquidem eiusmodi confœderationes raro absq; subditorum dispendio procedunt, seu perficiuntur.

Zeno & Canutus de imperio cõ tendunt.

Non est temerè aut leuiter cõspirandũ, seu fœdus inuendũ.

Quemad-

12 CHRON. VRBIS LVBECI
QVEMADMODVM LVBECVM
conflagratum est.

*Henricus
Leo, dux
Bauariæ et
Saxonie.
Bardeuiga
seu Bardiu-
ticus.*

AVctâ uerò ac uehementer locu-
pletata urbe Lubeco, inuidit eâ
fortunam ciuitati dux Henricus, Leo
cognominatus, princeps Bauariæ, &
Saxonum, præsertim cum ipsius ciui-
tati Bardeuigæ talis fortuna ut pluri-
mum officeret. Idcirco callidè ac prur-
denter ab Adolpho comite Holsato di-
midiam Lubeci administrandi partem
sibi tradi postulauit. quod cum recusa-
ret Adolphus, offensus inde ac iratus
dux Henricus, inhiuit ne quid Lube-
cum importaretur, exterosq; negocia-
tores & mercatores, cum maximo ur-
bis damno impediuit, ac remoratus
est. Tandem huic calamitati & hoc ac-
cessit, ut eodem tempore urbs conflag-
raretur, totaq; igne uastaretur: Anno
MCLVIII. millesimo centesimo quinquagesimo
octauo.

Cum autem instaurari ciuitatē dux
Henricus Leo uetaret, aliò transferri
eam cogitans: nimirū ad fluminis Va-
cenissæ

cenissæ littus suæ ditionis, quò ciues quoq; Lubecenses conuocârat, Adolphus comes tēpori locoq; cedēs, necessitate adductus Henrico Leoni Lubecū cū uniuersa eius iurisdictione atq; dominio celsit. Videbat enim se multo inferiorem esse duce, nec uī educere urbem posse, nec retinere illo aduersante atq; inuito. Proinde factum est, ut Lubecum urbs sub ducem Henricum principem Bauariæ & Saxoniae natum ueniret, eamq; extemplò magnis priuilegijs ac libertatibus imperijt, ad negocia mercaturæ exercenda, eaq; priuilegia passim inuulgari ac publicari fecit, quibus adducti mercatores undiq; Lubecum confluunt, ut in paucis annis urbs & ciuibus & ædificijs mirum in modum augetetur.

Hoc quoq; in ciuitatis usum atque profectum effecit dux Henricus, ut à Voldemaro Danorum rege impetraret oppidanis negociationes in Dania liberas atq; securas. Quo facto, cū Frederico imperatore idē dux in Italiam pro-

Adolphus comes Lubecum Henrico Leoni cedit. Cedendum maiori.

Voldemarus Danorum rex.

profectus est sibi adiungens Adolphū comitem, mandata tamen prius atq; constituta inter Vandalicos principes pace, ne quid se absente aduersus Daniā regem tentarent, molirenturūe. Atqui Niclotus Vandalorum princeps istorū nihil curauit. quippe cum animaduerneret ducem Henricum sibi infensum iratumq; esse, cogitauit dolo ac sub amicitiae fūco Lubecum occupare, ne ea propemodū opinione ac spe frustratus fuisset, nisi id facinus sacerdos quidam Athelo nomine, impediuisset, qui pensilem pontem trans Vacenissam ilico subtraxerat, ne dolo Nicloti suum effectum sortiretur.

Athelo sacerdos urbis bētuetur.

Virtutes principe dignae.

Hunc Niclotum postquam ex Italia redijt dux Henricus Leo, bello infestauit atq; in acie occidit, quemadmodum & ceteros piratas, raptoresq; proscripsit, domos eorum arcesq; incendio vastans. Quae uirtutes utiq; principe dignae sunt, propter quas hic dux Henricus Leo merito etiā atq; summo pere laudandus est, quod & maleficos punierit

punierit, & communem pacem uiãq; publicam saluam ac tutã esse uoluerit.

DE EPISCOPATIBVS ET
Collegijs.

IAm ferè desolato templo atq; Collegio Aldenburgi à Vandalis, absente duce Henrico ac comite Adolpho, querelam hanc duci Henrico Leoni detulit Geroldus episcopus, de penuria & egestate sua, quod tantum non haberet, si Aldenburgum reuerteretur, unde uiuere posset, nihilominus multa cura tamen atq; labore propter officium grauaretur. Itaq; dux Henricus apud Adolphum comitem curauit atq; effecit, ut episcopo Aldenburgensi Vthinam, & quicquid ad eam pertinuit, cederet.

Geroldus
episcopus.

Vthina.

Fridericus
Imperator

Principes
prophani
quondã epi
scopos con
stituerunt.

Ad hæc Fridericus Imperator duci Henrico Leoni indulisit atq; permisit, ut Collegiorũ Aldenburgi, Raschenburgi ac Megaloburgi ueluti superintendens esset, horumq; collegiorum episcopi omnes per ipsum constituerentur, ac se dominũ horũ beneficiorũ

*Vrbanus
quartus Ro-
manus Pon-
tifex.*

ac munerum agnoscerent. Ex quo facile apparet, prophanos principes illo tempore Episcopos constituisse, ijs imperasse, ac regalium nomine iuramentum ab eis exegisse, accepisseq̃. Nec tantam licentiam Capitulorum dominis fuisse in electione Episcopi, quanta nunc est. Quod & Urbano quarto Pontifici Romano summè displicuit in Imperatore Friderico, atq̃ Episcopis. idcirco præcepit, ut Imperatorem excommunicarent.

M. C. LXIII.

DE EPISCOPATV LVBECENSI.
ANno millesimo centesimo sexagesimo tertio, Episcopatus Aldenburghensis de consensu ducis Henrici Leonis Lubecum translatus est: tum permissum & hoc atq̃ condonatum est, ut Geroldus episcopus templum S. Iohannis super arenam ædificaret, ac fundatæ quoq̃ sunt præbendæ duodecim clericorū canonicè uiuentium, hoc est, pro duodecim clericis, qui & sacris literis operam darent, & honestè uiuerent, uersarēturq̃. Tredecima aut præbenda

præbenda præposito destinata est, nimirum presbytero Atheloni primo præposito, idcirco quod singulari ac summa fide ciuitatem semper profectus est.

Porro Geroldus episcopus quasdam decimas quoque & stipendia pro conseruatione fratrum in commune contulit, quemadmodum & Adolphus comes aliquos fundos & agros prope Lubecum sitos. Dux autem Henricus duas marcas Lubecenses singulis fratribus quotannis e suo tributo ac telone consignauit. Vnde haud leuiter coniectes, quod officium, quæ facultates, cuius item dignitatis ac nominis quondam fuerint Capitulorum domini, qui non fratres postea, sed Domini, Prælati, atque honorifica Capitula nuncupati sunt.

Quantum mutatus hodiernus Capitulorum status ab illo antiquo

Aliquoties autem postea contigit, ut Vandali ducis Henrici dicto minime audientes, prestare decimas episcopis recusarent, imò & pertinaciter resisterent, quando inique agi cum bonis

Episcopo = illis, & ab Episcopis (quemadmodum
rum *luxus.* etiam hodie fieri solet) cum magno lu-
Vādali bar xu prodigi uidebant. Idem & Vanda-
bari ac stu- li quantumuis barbari ac stupidi homi-
pidi. nes senserunt, egréq; tulerunt illo tem-

Episcopo = pore, quo tamen officia ac ministeria e-
rum *officiū* piscoporū aliquo ex pacto integrare
est docere ctaq; fuerunt. Tunc enim adhuc suum
populum. ipsi munus docendo ac predicando E-
 piscopi obibant, & exquebantur.

Conradus Anno Millesimo centesimo sexage-
 Geroldi simo secundo Conradus Geroldi ger-
 germanus manus in episcopum susceptus est duce
 frater. Henrico autore, inuito Capitulo, ac u-
 terq; unā sanctam ac Hierosolomitā
 terram concesserunt, Conrado in itine

HenriciLeo re diem extremum obeunte.
 nis pietas Adolphus autem comes in bello pe-
 in Adolphū rijt à Vandalis occisus, ac uoluit dux

Pribislaus ac propinquorum sepulchrū Myndæ
 Rostochij honorifice sepeliretur, condereturq;.

urbis condi Anno Millesimo centesimo septua-
 tor & Do- gesimo Pribislaus princeps monaste-
 berani mo- rium Doberanum extruxit, ac fundis
 nasterij. agrisq;

agrisq; donauit, qui Pribislaus Rostochi ciuitatis fundamenta quoque primus iecit.

DE IDOLIS RUGIENSIVM.

SVb hoc tempore halecum prehensio capturaq; , quæ nunc Schonæ est, apud Rugienses erat. Idolū quoq; istic nomine Suanteuit templum habebat, usq; ad Friderici primi tempora, in quod templū uniuersa Vandalia tributum conferre cogebatur. Similiter & mercatores, quorum maximus numerus eò quotannis propter haleca ueniebat. Ac sacerdos quidem dei huius seu idoli, potior principe ipso regionis habebatur, cui, ut ueteres historiae atq; annales testantur, plerunque humano sanguine litatum est. Rex autem Daniæ Voldemarus, & princeps Pomeraniæ tandem hunc Dæmonem depulerunt, & eiecerunt, templum incenderunt, atque idolum prorsus aboleuerunt. Et si uerò crassa hæc omnino idololatria ac barbara superstitio fuit, tamen nulla tam inepta atq;

*Halecum
prehensio
apud Ru-
gios.
Suanteuit
idolum Ru-
giense.*

*Idolo huma-
no sangui-
ne litatū est*

*Hoc exem-
plū & ho-
die cōuenit
imitari ut
idola pas-
sim abole-
antur.*

atq; insulsa superstitio est, quam nō hu-
mana cecitas apprehendat ac sequatur,
quando sibi ipsa suæq; naturæ atq; opi-
nioni relinquitur, nec diuino flatu ali-
quo ducitur, existimans talem cultum
Deo placiturum esse extra diuini uer-
bi prædicationem & doctrinam. Ete-
nim licet idolū illud Suanteuit procul-
dubio aliquis dæmon ipse fuerit, rudes
tamen inertesq; plebes existimarunt,
rem seu opus tale esse, per quod uero
Deo officiū præstarent. Equidē autem
exemplum istud propterea adduxi
retuliq;, quod hoc ferè loco contigit.
Vereamur igitur ac precemur Deum,
ut nos in uero intellectu atq; doctri-
na uerbi sui conseruet retineatq;, ne
in eiusmodi nefandos errores incida-
mus, & à dæmonio turpiter seduca-
mur decipiamurq;.

Anno millesimo centesimo septua-
gesimo septimo Monasterium S. Ioan-
nis extructū est, atq; fundatum ab epi-
scopo Henrico, antea abbate Brunswi-
gensis monasterij ad S. Egidiū, quem
dux

dux Henricus Leo post obitū Conradi in episcopū euexit, diligētem utiq; uirum ac sedulum in ministerio uerbi. *Conradus episcopus uir diligens ac sedulus in ministerio uerbi.*
 Is quoq; primū Benedicti ordinis monachos monasterio diui Ioannis indidit: post uerò uirginibus idem traditū fuit monasterium, ablegatis monachis Cismariū. Hic Henricus episcopus autor etiam fuit inchoandi maioris templi Brunswigenfis.

DE LIVONIA.

Circa tempus Imperatoris Friderici primi Liuania primū ad Christianā fidem perducta est. Nam Theutonici negociatores seu mercatores secum eò sacerdotes adducebant, ut & concionarentur, & populum ad fidem Christianam conuerterent. *Friderici primi tempore Liuania ad Christianismum uenit.*

FINIS LIBRI PRIMI.

C 3


Liber

LIBER SECVNDVS

QVEMADMODVM LVBECVM

*urbs Imperialibus ciuitatibus
iuncta est.*

*Fridericus
Imperator
quamobrē
Henrico
Leoni suc-
censuit.*



Orrò Imperator Fri-
dericus succensuit du-
ci Henrico Leoni,
propterea qđ recusaf-
set quarto fecū in Ita-
liã proficisci. Quam-

obrē indignatus Imperator, fauorē gra-
tiamq; omnē erga ducē exuit, ac uī ma-
nuq; Bauaria eum & Saxonia eiecit,
odioq; maximo profecutus est. Tandē
etiã Lubecū oppugnans, quò confuge-
rat dux Henricus eo animo, ut spera-
ret sibi à rege Daniæ subuentū iri. Sed
cū à gratia Imperatoris excidisset, mu-
tata confestim est quoq; beneuolentia
regis in Henricū, cui neq; auxiliū quid-
quam neq; suppetiarum tulit. Quocir-
ca dux Henricus Stadum confugit op-
pidum, ibiq; commoratus est. In fuga
autem cū esset, ciues sui Bardeuici por-
tas

*Quid.
Donec eris
felix mul-
tos numera-
bis amicos,
Tēpora si
fuerint nu-
bila, solus
eris.*

tas ante eum præcluserunt, nec intro-
missus est. Verū cum ab obsidione Fri-
derici Lubecū ciues liberare non pos-
sent, nec quæ spes conseruandæ urbis
reliqua esset, consulto Imperatore ac
consentiente suos Stadum miserūt ad
ducem dominū, eumq; certiozem red-
diderunt, se aduersus Imperatoris uim
urbem retinere ac conseruare nō pos-
se: Quibus disertē ac breuiter respon-
dit, sibi iam aliud consilium non esse,
nisi ut necessitati ac tempori parerent.
Atq; hoc modo Lubecum imperij fa-
cta urbs est; nec prisca obtinuit privile-
gia solum, uerū etiam nouis & maio-
ribus à Cæsare Friderico aucta ornata-
que est. Hæc q; acta sunt anno millesi-
mo centesimo octuagesimo secundo.

*Apophte-
gma Henri-
ci Leonis.*

Venit & Voldemarus rex in castra
Imperatoris Friderici apud Lubecū,
eiq; colloquutus est, & amicus factus.

Sub idem tempus acciuit ad se Im-
perator Pomeranos principes Casimi-
rum & Bugislaum, ac eos apud Lu-
becum in castris duces fecit.

*Pomerani
principes
quādo sunt
duces facti.*

Dux autem Henricus Leo cū uxore ac liberis in Britāniam (iram scilicet Imperatoris fugiens) cōcessit, & apud Richardum regem istic aliquandiu cōmoratus est, ac honorifice acceptus tractatusq̄. Exemplum autem hoc ducis Henrici, si certe inspiciatur ac contempletur, terribile est ac metuendū, uidelicet principem hunc & felicem & prudentem, omni fortuna sua ac principatu exutum esse, ut cum uxore & liberis extra patriam eiectus ad exteros & (ut Poëta dicit) diuisos orbe Britannos, confugere coactus sit. Quam obrem animaduertant hoc exemplum principes et magistratus, discātq̄ timere Deū, neq̄ efferantur, nec spem fiduciamq̄ suam in aliquo homine ponāt. Cū enim dux hic excidisset à gratia Cæsarī, à Voldemaro rege quoq̄ relictus est, cuius amicitia tamen plurimum nitabatur ac cōfidebat. Ob id autem magnos principes ita quandoq̄ deicit deus, ac in nihilum redigit, ut cæteri principes ac potestates eo exemplo discant

Dux Henricus Leo cecidens ira Imperatoris, in Britāniā fugit.

O fors fortuna quam nunquam perpetuo es bona.

Nunquam confidas nimium secūdis, Nunquā desperes meliora lapsis.

Notate principē exemplū hoc.

ac metuant, ne in idem aut simile aliquod incidant & prolabantur.

Anno millesimo centesimo octuagesimo tertio, e uiuis excessit Henricus episcopus, in cuius locum Cunradus secundus ab Imperatore Friderico suffectus est. Quoniam autem id comitibus Holsatis inuitis factum est, nihil Lubeci effecit Cunradus, sed apud episcopum Bremensem se continuit, eodemq; anno uiuere desijt.

Anno millesimo centesimo octuagesimo quarto, Theodoricus prapostitus Segebergi, in Episcopum lectus est cōsensu Imperatoris Friderici. Hic autem integræ uitæ ac multæ eruditionis atq; doctrinæ episcopus fuit, suūq; concionandi munus ipse obiuit.

*Theodoricus
episcopi
uirtutes.*

Anno millesimo centesimo octuagesimo sexto, Monasterium Reineseldense extructum est, ab Adolpho comite Holsato. Cæterum Fridericus Imperator medietatem censuum Lubeci urbis comiti Adolpho, prioris illius Adolphi filio addixit, ex quo magna

*Reineseldense
Monasterium
quādo extructum.*

dissidia post Cæsaris abitum inter ciuitatem & comitem Adolphū orta sunt. Nouis enim exactiōibus & uectigalibus impositis ciuitatem grauare, & arcem seu propugnaculum in Trauenū flumen ædificare studebat Adolphus, tum & in fundis agrisq; sibi uendicandis attentus erat. Vnde hæc res ad Imperatorem delata est, qui tandem constituit, Lubecum urbem omnibus suis priuilegijs munitam ac integrā teneri.

QVEMADMODVM VRBEM LVBE

cum dux Henricus Leo sibi recuperauit.

Friderici

primi Imperatoris obitus.

Henricus

Leo mortuo Imperatore in

patriā redit.

Bardeuicus expugnatur.

FRidericus Imperator bellum Hierosolyma adornans aduersus infideles, in itinere atq; in Armenia obiit, cui expeditioni quoq; Adolphus comes Holsatus interfuit. Hinc factū est ut dux Henricus in patriam reuertetur, cumq; auxilio episcopi Bremensis milites comparasset, Bardeuicum oppidum in die Simonis & Iudæ expugnauit, planeq; excidit ac deuastauit, eodēq; successu Lubecū oppugnauit, totamq;

tamq̄ ditionem Holsatiæ obtinuit. Et
 quia neq̄ auxiliū neq̄ præsidium ul-
 lum sentiret urbs Lubecum, sese ultro
 duci Henrico dedit. Quod cum egre *Adolphus*
 tulisset Adolphus comes à Dasle, cui *comes à*
 suam ditionem Adolphus comes Hol *Dassel.*
 satus administrandam discedens com-
 miserat: interceptam causam Henricus se *Henricus se-*
 xtus Romanorū rex, composuitq̄ hoc *xtus Roma*
 pacto, ut medietatem censuum Lubeci *norū rex.*
 urbis dux Henricus, alteram medietatem
 Adolphus obtineret. Holsatus au-
 tem comes reuersus huic pacificationi
 seu tractatui noluit adsentiri, quin imò
 Lubecum ex integro obsedit, oppu-
 gnauitq̄ adeò, ut urbi ferè comineatus
 omnis deesset, quamobrē tandem op- *Henricus*
 pidani dedere sese Adolpho coacti *Leo Brun-*
 sunt. Id autem ubi animaduertit dux *suiq̄ senex*
 Henricus, nimirum pristinam autori- *confedit, a-*
 tatem dignitatemq̄ se recuperare non *bitq̄.*
 posse, ætate ac labore fessus Brunsvigæ *M. C. LX-*
 confedit, ibique uitam suam finiuit, *XXXV.*
 Anno millesimo centesimo nonagesi-
 mo quinto.

28. CHRON. VRBIS LVBECI
VT LVBECVM VRBS INFESTATA
ac impugnata est à rege Dania.

ADolphus comes Detmarenſibus
infestus, ditionem eorum inua-
ſit. Eo autem foedere quod cum Danię
rege ac duce Slefuiçenſi pepigerāt, of-
ſenſus Voldemarus dux Slefuiçenſis,
Voldema= rus dux Slef- uicenſis. in Adolphi comitis Holfati ditionem
irrupit, omniaq; uī debellauit atq; ob-
tinuit, Adolpho Hamburgam primū,
deinde Stadū quoq; profugiente. Hac
item expeditione Slefuiçenſis dux Vol-
Voldema= rus Canuti regis Da- nię frater. demarus regis Daniae Canuti frater, ur-
hem Lubecum grauitè oppugnauit.
Tum & eodem anno in regno Daniae
incolae oppidaniq; omnes quotquot à
Lubeco Schonam cōcefferant, deten-
ti ſunt ac remorati. Itaq; cum & foris
& intus Lubecum uehementer uexa-
retur, nec uideret unde ſe tueretur, nec
ſuppētiās ullas Imperator Henricus
ferret, obtentis ſuis ac integris priuile-
gijs regi Danię ſeſe dedit, ac regis no-
mine locoq; ducē Slefuiçenſem in ur-
bem oppidani intromiſerunt, eiq; fide-
litatis

*Lubeci ur-
bis uexatio
indiq;*

litatis iusiurandū præstiterūt. Post autē sequēte anno rex Daniæ magna pōpa ac solēnitate Lubecū ipse ingressus est, omnibus ecclesiasticis ordine suo ac p̄cessione ipsū excipientibus ac cōducētibus. Hæc ferè acta sunt anno 1200. M. CC.

Hunc in modum regno Daniæ assertum est Lubecum. Hamburgā quoque comiti Adolpho Holsato sub idē tempus eripuerunt Dani. A quo tempore principes Daniæ titulum adepti sunt, ut reges Vandalorum nuncuparentur. Ex his autem gestis hoc notabimus, regem Canutum Friderico Imperatori fidem ac obedientiam spondidisse, sed non seruasse, adeo ut etiā Cæsaris ditionē inuaderet, ac Lubeco potitus sit. Quo exēplo discimus sese ita habere ut uulgo fertur, potentiorum ac magnatum amicitiā minimè fidentum esse, præsertim cum licet illis suū quæstum facere. Quocirca Romanus ille uerè ac rectè dixit, in ijs quæ imperiū concernant rebus, fidem non præstari ab amicis, sed quemuis suum in

Rex Daniæ Canutus Lubecū ipse ingressus est.

M. CC.

Quando Daniæ principes, reges Vandalorū nuncupati.

Potentiorū amicitiā minime fidentum.

Et Iul. Cæs. Si uiolandū est ius imperij gratia uiolandū est, alijs rebus pietatem colas.

his

his quarere lucrum atq; commodum;
 Lubecum Anno millesimo ducentesimo no-
 urbs ferè no Lubecum igne uastatum est ac pe-
 conflagra= ruit, totū excepto, tantū uno uico quē
 tur. quinq; domuum appellant. Atq; hoc
 Tralsuntum anno Stralsuntum ciuitas ædificata est
 quando, & à rege Daniæ Voldemaro & Iarimaro
 à quibus cō principe Rugiensi.
 ditum.

Sub idem tempus rex Voldemarus
 Prussia & Pomeraniã subegit, ut quot
 annis tributum ei præstare coacti sint:
 atq; idem rex Voldemarus magna ex-
 Reuelæ ur peditione Liuoniã ingressus est, cœ-
 bis ædifica pitq; Reuelam urbem ædificare.
 tio.

Anno millesimo ducētesimo unde-
 cimo, mortuo Theodorico episcopo,
 sextus episcopus Lubeci ei successit
 Bartoldum Bartoldus nomine, cuius studium atq;
 episcopum cura in ponēdis ædificiis maior fuit, q̄
 ceteri se= in sacris literis aut doctrinis populo tra-
 quanti do= dendis. Hunc etiã ceteri episcopi secu-
 strinam & ti in his terris, doctrinã uerbi prorsus
 pia studia neglexerunt, omiseruntq; tantum ferè
 neglexerūt occupati circa consecrandas ecclesias,
 ac ædificia extruenda, & similia.

Hoc

Hoë tempore ordines Mendican- *Mendicã-*
 tium, Prædicatorum & Minorum (ut *tium ordi-*
 uocant) exorti sunt, & confirmati ab *num ortus.*
 Honorio tertio Romano pontifice. *Honorius*
tertius Ro-

QVEMADMODVM LVBECVM *Pontifex.*

*urbs rursus Imperialibus ciuitatibus
 addicta atq; coniuncta est.*

ANno millesimo ducentesimo ui- *Fridericus*
 gesimo sexto, oppidani suos le- *secundus*
 gatos ad Fridericum secundum Impe- *Rom. Imp.*
 ratorem miserunt, grauamina atq; ty-
 rannidem Danorū in se conquerētes,
 petierunt ab Imperatoria maiestate ut
 Lubecū urbē tueretur, & imperio Ro-
 mano adfereret priuilegijs saluis, quib-
 us à Friderico Cæsare auo suo donata
 esset. Qua petitione ac requisitione Fri-
 dericus secundus adductus, Episcopo
 Bremensi extemplo mandauit, Saxo-
 niæ itē & alijs uicinis principibus, uti
 Lubecensibus aduersus Danię regem
 auxilia ferrent. Clam autē habuerunt ac
 celarunt hoc Imperatoris mandatum, *Stratages-*
 principes simul ac urbs opportunita- *ma.*
 tē expectantes. Interea uero oppidani
 studuerūt

studuerunt atq; operam dederunt ad
 piscendę arcı, quam Dani occuparant.
 Et factum est quidem ut ciues tectis ar-
 mis in arcem uenirent, ministros ac ui-
 giles, quotquot in ea erant occidentes.
 Quo factio rex Danię omni ui manuq;
 Iudlandia. per ditionem Iudlandiam, Detmaren-
 sibus in auxilium accitis, contra oppi-
 danos tanq; inobedientes, factiosos &
 rebelles perrexit, ui eos coacturus sub-
 acturusq;. Verũ oppidani Lubecum
 egressi contra regem, in agro urbis ca-
 stra metati, prælium in campo Boruho-
 uedensi inierunt, atq; confertis mani-
 bus regem unã cum exercitu suo in fu-
 Detmarẽ- gam uerterunt. Detmarenses uerò op-
 siũ defectio pidanis se cõiunxerũt, & in acie à rege
 à rege. defecerunt. Cædes aut stragesq; hæc fa-
 cta est undecimo Calen. Augusti. anno
 MCCXX millesimo ducetesimo uigesimo sexto.
 VI. Et quidẽ ab hoc tempore Senatus Lu-
 becensis quotannis ipso die Marię Ma-
 gdalenæ, quo ista contigere, quotam
 inter pauperes pecuniã dispartit, atq;
 de cathedra seu publico suggesto pro-
 nunciat

pronūciat ac præcipit populo, ob hanc uictoriam Deo gratias agi, laudesq; dici: nimirū urbem Danis ereptā & Romano imperio rursus uendicatā esse.

Arx uerò, quam Dani tenuerant, Prædicatoribus monachis dabatur eodem tempore, ac sunt quidem oppidani iterum priuilegijs honorificis ac iuribus à Friderico secundo Imperatore donati muneratiq;. Et sic quidem urbs libertati imperij Romani iterum redita est, simul & Canuti regis perfidia insolētiāq; numine diuūm uindicata, scilicet quod datam Imperatori fidem non seruasset, uique urbem iniuriāq; oppressisset. Nec uisi sunt uictorijs post hoc tempus, nec rerum potiti Dani in Vandalos, ut antea. Quod exemplū commonefacit principes, ne quid contra fas æquumq; tentēt, aggredianturue, & tyrannide abstineant: quoniam Deus uindex est ditionis iniuria oppressæ, qui iniustitiam uiolentiāq; non sinit impunitam esse, quemadmodum hæc historia de rege Danorū palam ostendit.

Canuti regis perfidia punita.

Perfidiam, uiolentiā, iniuriam principum ulciscitur Deus.

d

Anno

Anno 1235 uita excessit Bartoldus,
& Ioannes decanus episcopus Lube-
censis factus est.

Goncelinus comes Sue-
rinenfis. Anno milleno ducenteno trigeli-
mo octauo Goncelinus comes Sueri-
nensis aulã degit, curiamq; suam habu-
it Megaloburgi, cum autẽ propugna-
culum istic seu arcem nullã haberet cer-
tam aut firmam, cœpit condere urbem

Vismari a
à Gonceli-
no condita.
Megalo-
burgũ urbs
magna. Vismariam ad oceani ripam. Grandis
autem ingensq; ciuitas Megaloburgũ
erat illo tempore, ex qua principes diti-
onis nomen ac titulum acceperere, antea
principes Obotritorum nuncupati.

Obotrito =
rum princi
pes. Eodem tempore Monachi Benedi-
ctini Cismariam profecti sunt, atq; mo-
nasterium ibi extruxerunt, quandoqui-
dem Lubecenses ob turpem eorũ uitã
et prauã religiõis suę administrationẽ,
in cœnobio diui Ioãnis ultra ferre no-
luerũt, Vestalibus rursus introductis.

Sub idem tempus diem suũ obiit Io-
annes episcopus Lubecensis, hac autẽ
functio forsẽq; sex añis episcopo caruit,
propterea quod electio dispar & Capi-
tulum.

tulū defuper sese concordare nequie *Electio epi*
 rat. Præfuit aut̄ interea collegio Alber- *scopi dif-*
 tus episcopus ē Liuonia pulsus, Schola *par.*
 sterus quondā maioris seu cathedralis
 ecclesię Bremensis. Ante enim c̄p̄ Vni
 uersitates & scholæ fundatæ sunt, le-
 cturæ sacrarū aliarūq; artū seu præle-
 ctiones in cathedralib. ecclesijs uigue-
 rūt, ex quo adhuc supersunt nomina il-
 la apud dominos illarū ecclesiarū, Can-
 tor, Lector, Scholasticus. Quan̄c̄p̄ nūc
 nomina solū restāt, officiū aut̄ ac mūs *Monaste-*
 longe remotū est ab eis, qui plerūq; eti- *ria & colle-*
 am ad eam functionē ineptissimi sunt. *gia quondā*
 TERTIO LVBECVM FLAGRA- *Scholæ ce-*
 tum uastatumq; est. *rant.*

MEdiū ferē Lubecū urbs sub hoc
 idē tempus igne uastata est & cō
 flagrata, ex quo cautū est, atq; edictū, ne *Lubecū ter-*
 deinceps tecta ulla straminea in ciuita- *tio consti-*
 te haberētur, sed latericijs edificia tege- *gratum.*
 rētur, ac muri lapidib. struerētur, ne ob
 ignē amplius tantus metus tantūq; ma-
 lū expectandū esset. Ac sic quidem ter-
 tiō ferē uastata ciuitas est, ingensque
 d 2 damnū

Varia ma- magistratus atq; regentium mutatio-
gistratus mu- ne, idq; ferè intra centū annos, ut pro-
tatio perdit inde mirum sit tot tantisq; ex erumnis
ciuitates. urbem emerfisse, & non totam concul-
 catam esse ac desolatam. Quod certe fa-
 ctū esset, nisi singulari sua benignita-
 te Deus illam cōseruasset ac instauraf-
 set. Ergo si non aliud præter hoc urbis
Respubli- huius exemplum extaret, discere certe
cas & ciui- hinc atq; fateri oporteret, Deum mag-
tates Deus narum omnium ciuitatum ac rerū pub-
cōseruat ac licarū tamdiu protectorem esse, quan-
tuctur. diu sibi uideatur. Neq; enim possibile
 fuisset, unam aliquam urbem tantum
 ærumnarum damni atq; periculi susti-
 nuisse ab initio, quantum Lubecū per-
 pessum est, atq; sustinuit, nisi unius dei
 singulari bonitate gratiaq; cōserua-
 tum fuisset.

Stralsuntū. Eodem tempore Stralsuntum oppi-
 dum Lubecēses obruerunt atq; depræ-
 dati sunt, idcirco quòd Sundeni in Lu-
 becenses negociatores seu mercatores
 piraticam exercuerant.

Anno

Anno Millesimo ducētesimo quin-
 quagesimo quarto Ioannes quidā Mi-
 norum frater, episcopus Samlandi, ē
 Brabantinis oriundus episcopus Lu-
 becentis precibus Romanorum regis
 lectus est, quod acerrimus Crucis, &
 Romanarum indulgentiarū assertor
 ac prece esset. Idem & hoc tradidit, ut
 Cantor cathedralis ecclesiæ Lubecen-
 sis in magnis solennibusq; processioni-
 bus ac circuitionibus baculum argen-
 teū in manu sua ferret, nec quicquā
 præterea cōmendatione dignū effecit.

*Egregia sa-
 ne traditio
 episcopi sci
 licet.*

Deinde anno Millesimo ducentesi-
 mo sexagesimo Ioannes à Traloue fa-
 ctus est episcopus, qui diligens ac sedu-
 lus in eo fuit, ut arx Oytin nuncupata
 extrueretur.

Oytina arx.

Anno Milleno ducenteno octuage-
 simo, Monachi cæsei (uulgò Griseos
 appellant) mortuam uiduam diuitem
 monasterio suo intulerūt ac sepelierūt,
 funus temerè ac ceu ui quadam ex alie-
 na diocesi trahentes, citra parochi uo-
 luntatem, ex quo factum est, ut Lube-

*En Mon-
 chorū insig-
 nem ac uio-
 lentam im-
 posturam.*

cum urbs per episcopum excommunicaretur, & Capitulum quidem ciuitate pelleretur eijcereturq; donec lis hec tandē Romę ex praecepto summi Pōtifis p legitimas sentētiās Cardinalis Iacobī de colūnis sedaretur pacareturq;.

DE ARCE DERSOVE EXCISA.

*Derfove
arx prædo
nū uastata.*

Derfove in ditiōe Megaloburgen si arcē comites Holsati habuerūt, ex qua mercatores plerunq; deprædabatur. Quamobrē oppidani à principe Megaloburgensi adiuti, eā arcem prorsus ac funditus exciderūt uastaruntq;.

Tum & ijdem principes Megaloburgenſes Lubecū urbem, eo qui paulo est supra Derſoē loci, libertate piſcādi donarunt, statuerūtq; simul atq; unanimes, ne qua arx aut aliud propugnaculum iuxta flumē Derſoem deinceps inædificaretur. Hæc q; facta sunt anno M.CC.LXII.

M.CC.
LXII.

*Viſmaria
igne periijt.*

Eodem tempore Viſmaria quoq; igne consumpta, ac dein è lapidibus inſtaurata exædificataq; est.

De

DE PACE LVBECI VRBIS.

PAce autē postea centum ferē annis *Pax urbis*
perpetuis Lubecum utebatur, nec *centum an-*
ærūnis ut antea infestabatur, nisi quod *norum.*

simultas quēdā ac discordia inter ciuita
tē & episcopū eiusq; asseclas & confor
tes clericos, ob proprietatē molē quam
sibi uēdicabāt, exorta est, cuius litis er
gò ciuitatē episcopus excōmunicauit.

Oppidani uero de eo grauamine appel
larunt, ac nihili excōmunicatiōē fece
rūt. Cōtigit autē postea ut iterū atq; iterū

Lubecum
Romæ ex-
cōmunicat-
tur.

ciuitatē ecclesiastici Romæ excōmuni
carēt, quapropter eos etiā ē ciuitate ex
pulerūt ciues. Ac episcopus eo tempo
re Burchardus à Serken cathedralis ec
clesiæ Lubecēsis canonicus & cantor,
homo singularis audaciæ, ciuitati parū
cōferēs, lectus est in episcopū año M. CC
LXXVI. fuitq; in eo munere XLI annis.

Burchar =
dus episco-
pus singula
ris audaciæ

Anno M. CCC. XVII. euectus est in e
piscopum Henricus à Bocholi, uir inte
ger atq; pacificus.

Anno millesimo tricentesimo uige
simo quarto tantum frigus fuit, tamq; *Frigus ar-*
dentiss. *dentiss.*

40 CHRON. VRBIS LVBECI
ardens hyems, ut à Lubeco Prussia
proficiscens super gelu glaciemq̄ iter
faceret.

*Ribbenisse
monaste=
rium con=
ditur.*

*Pisces ac
cete maxi=
mi Lubeci
conspēcti.*

Eodem tempore Ribbenisse mona
sterium ab Henrico Megaloburgensi
principe extructum est.

Anno millesimo tricētesimo tricesi
mo quinto, tantæ magnitudinis pisces,
seu cete fuerint, seu alterius generis,
Lubecū appulerant e mari, ut nōnulli
eorū uiginti, aliqui decem & octo, qui
dam etiam uiginti quatuor pedum lon
gitudine uiserentur, idēq̄ prodigij loco
acti aliquid portenderet, habitum est,
& obseruatum.

*Comitia Sa
xonum Lu
beci.*

Eodem anno Saxoniorum princi
pū inferioris Saxoniae comitia seu con
uentus Lubeci fuere, quibus & episco
pī & Comites ab Holsatia ac nobiles
pleriq̄ interfuerunt, propter pacem &
concordiam in ditionibus publicē con
stituendam, ac praesertim ut exteri ne
gociatores ac mercatores tutò hinc in
de commeare possent, & uiolatores pu
blici itineris grassatoresq̄ punirentur.

Sub

Sub idem tempus Hamburgæ sedi- *Seditio Hã*
tio atq; tumultus fuit non mediocris, *burgæ ob*
ex eo quod ecclesiastici magistratui ad- *adulterio-*
uersantes, sua opinione atq; uoluntate *rum puni-*
in omnia adulteria censuram agere a- *tionem.*
nimaduertereq; uellent. Quam con-
trouerſiam tamen ac litem Bremensis
episcopus sopiuit atq; composuit.

Anno millesimo tricentesimo qua-
dragesimo primo, Ioannes Muel scho-
lasterus in episcopum lectus est, cum
profectu ecclesiæ, quantum ad ædifi-
cia tantum.

Anno millesimo tricentesimo qua- *Pestis gras-*
dragesimo octauo uehementer grassa- *satura.*
ta est pestis in tota Germania, Lubeci
autem eodẽ anno cecidere peste plus
quam nouem millia hominum. Am-
plioſiorem senatus urbem facturus erat,
sed hac grassatura pestis ab instituto re-
tractus est. Etenim à uespere diui Lau-
rentij ad proximum uesperum quin-
genti supra mille hominũ tantillo tem-
pore Lubeci occubuere.

Anno milleno tricenteno quinqu-
d s gesimo

simo primo Bertramus Cremon duodecimus Lubecēsis episcopus electus, laudatur ob id, non quod munere concionandi functus sit, sed quod agris ac pagis quibusdam collegium auxerit.

Theatrum Lubecense conflagrat. Anno M. CCC. LVI. Aedes cōsulatus seu cōsultationis (alij theatrū appellāt) Lubeci igne uastate cōflagrataeque sunt.

DE LVBECI VRBIS BELLO

cum Dania regno.

Exactiones nimie patriū tumultus.

Eodem tempore Voldemarus Danorū rex uectigalibus & tributo negociatores & mercatores praeter morem consuetudinēque sui regni onerauit in prauidiciū ueterū priuilegiorū, nec ferre in his rex aliquam compositionē seu tractationem uoluit. Quamobrem adducti Lubecēses, ab alijs ciuitatibus adiuti, contra regem bellum susceperē, foecialibus missis. Contra uerò Daniae rex se classe aduersus oppidanos instruxit, eique classē filium Christophorū praefecit, qui protinus in initio praelij bombardae ictus prope obijt, simulque conflictui seu pugnae finem fecit, acto regis exercitu

exercitu in fugam. Lubecenses autem cum socijs in portū sese receperunt, ac littus, per agros, ditionēq; ita latitaturi, nisi regis exercitus interim classem eorum inualisset, sexq; ex præcipuis et melioribus nauibus abstulisset, ita ut vix summa cum difficultate ac periculo, reliquam classis partē conseruarint, indeq; domum retulerint.

Ob hanc autem temeritatem & indiligentiam uir consularis, ac magister ciuium Lubecensis Ioannes Vuittembergus præfectus classis, tanquā malæ administratæ gestæq; rei publicæ accusatus, cōdemnatus, & gladio percussus est. Quapropter admonet hoc exēplū magistratus & qui Reipub. gubernacula tenent, curæ ac diligētiæ, ne statim leniori fortunæ flatu securiores audacioresq; reddantur. Temeritatem enim ac securitatē in ijs qui Reip. præsumunt, non fert Deus, nec inultā quidem sinit præfenti exemplo attestante.

Circa hoc tēpus quoq; cōtiguit, ut ciuis quidā Lubecensis nomine Meerkeke à Bock

Burgima-
gister malè
gestæ rei ac
cusatus est
& condemnatus.

Magistra-
tus in sua
functiōe di-
ligentes
sint.

à Bockuuoldis prahenderetur & occideretur. Hinc occasione sumpta oppidani sese ad Bockuuoldiorū agros populandos effundunt, domicilijs quoq; eorum euerfis ac dirutis. Quo exemplo significatur quanta seueritate olim in grassatores ac uiolatores publici itineris animaduersum sit.

Grassatores publici itineris puniendi plebs extendiq; sunt.

CAROLVS SECVNDVS IMPERATOR Lubecum uenit.

Carolus secundus Ro. Imperat.

Nimie impense magistratibus et ciuitatibus uitandæ.

ANno millesimo tricentesimo septuagesimo quinto, Carolus secundus Imperator Vandaliam perstrans, Lubecū adit, magno ab oppidanis, ut par erat, honore exceptus. Impensæ autem hæ ac sumptus tanti fuere, ut urbs propterea in maximum æs alienū atq; discrimen coniecta sit, quam calamitatem & bella multifariam gesta auerunt. Idcirco senatus populum censuit, ita ut præter annum censum singuli quoq; marcam Lubecensem penderent. Cui cum subscribere aut parere nollet plebes, quin senatui in hoc reluctaret, ita ut à tumultu ac seditione uix absti-

abstineret, lenitate sua has turbas senatus mitigauit sedauitq̄, ac ea res demū opportuniore modo atq; ratione transacta est, ira ut censum unius marce Lu-
Si non hæc succedit, alia tentanda uia est.

Anno M. CCC. LXXVIII. lectus est in episcopum Romana pontificia auctoritate, Nicolaus prædicatorū monachus, qui cum sibi regendæ ciuitatis potestatem unâ quoq; nō concedi uideret, episcopi munus suscipere recusauit.

*En ambitio-
nem monachorum.*

Itaq; in eius locū susceptus Cunradus à Gysenheym, Imperatoris Caroli Secretarius. Plebs autē à senatu ueniam deprecata est, ac tribuni, primoresq; solentiorum ciuium conuiuia solennesq; epulas pararunt in ædibus fori, quod à caluicie nomen habet, cui conuiuio u-
Cunradus à Gysenheym secretarius Imperatoris, episcopus factus. Forū caluici.

niuersus senatus interfuit inuitatus rogatusq;. Et quidem hoc modo seditio iraq; inter senatū ac plebem conquieuerūt, condonatis mutuò offensionibus atq; iniurijs, ac paci iterum concordiaq; ciuitas reddita est.

Anno

Stabulū e= Anno M.CCC.LXXVIII. Stabulum e=
quorū cō= quorum, quod Maristallum appellāt,
flagratū est Lubeci igne absumptum est ac conflagratum, unaq̄ omnes equi urbis perire, & id quidē ex tumultu laniorū Lubecensium, ut sequitur.

Laniorum Hoc anno lanij seu macellarij magnū Lubeci tumultū excitarūt in plebe aduersus Senatū, arreptis etiā armis cū reliqua plebe templū diuæ Catharinæ occuparūt. Patricij uerò ac primarij ciues adiunctis negociatoribus ac mercatoribus à Senatu steterūt, seq̄ aduersos lanios & plebē armarūt. Atqui senatus quosdā ad plebē in tēplo D. Catharinę cōgregatā misit pro sedādo tumultu. ac rebus diu multūq̄ acūtatis tā dē cōcordia cōstituta est, ita ut lanij, qui huius turbę ac seditionis autores occasioq̄ fuerāt, ueniā à senatu culpāq̄ deprecaretur: nihilominus in eo mulctati ut quādo necessitas postulat 20. equos Senatui perpetuo seruire teneantur.

Anno M.CCC.LXXXI. uniuersaemporica societas in Germaniā (q̄ uulgo Henſe

Hæse nūcupāt) Lubeci cōgregata fuit, deq̄ rebus suis tractauit. Ciues autem Brunsvicenses sub idē tēpus suo magistratuū rebelles ac inobediētes, quosdā è senatu occiderant, ac urbe exegerant, quam obrē octo annis ea societate priuabātur, nec cōcessū eis est cū reliquis huius societatis ciuitatibus quicq̄ tractare negociariq̄. Quocirca ueniā precati sunt ab ijs, qui aliarū ciuitatū nomine Lubeci cōuenerāt, suā culpā palām ac publicē agnoscētes hoc modo. Nam qui ex Brūsvico ciuitatis nomine missi aderāt, nudis pedibus & apertis capitibus è tēplo Mariæ in prætoriuū ibāt gestātes manibus suis incēsos cereos, seq̄ in genua proñcientes corām ciuitatū nūcijs, rebellionē atq̄ inobediētā suā palā profitebantur, culpāq̄ deprecabātur, & delictum hoc modo expiabant. Quo facto rursus in societate eorū qui hense appellātur, recepti sunt, usiq̄ porò unā reliquarum ciuitatū priuilegijs & iuribus, quæ habent in quatuor illis emporijs (Cuntores isti appellant) uiricac loca. delictet

Hensica societas.

Brunsvigica plebes factiosa in senatu.

Veniæ deprecate modus.

Cuntores sunt quatuor prima ac præcipua emporia.

delicet Brugí in Flādria, Berge in Noruegia, Leoduni in Angliá, et Neoguardij seu in Rutenis in Rufsia. Hinc coniici potest, ciuitatum societātē hanc quā Henſe appellant, nō ob negociationes & mercaturā ſolū, ſed etiā propter pacē & tranquillitatē Reip. atque obedientiam ciuitatum bonamque diſciplinam conſeruandā, ac pœnam eiufmodi contra tranſgreſſores conſtitutam eſſe.

Anno M. CCC. LXXXIII. ingens cōcurſus extitit, & peregrinatio Vuilſnaci ad Priggeniſſam, occasione triū hoſtiarū ſeu oblatorū fortē in altari reſpectorum poſt templi conflagrationē. Nec aſpernandū huius ditionis exēplū hoc eſt, ut ſciamus quā facile ac leuiter impius cultus et idololatria ingruat, extra diuini uerbi cognitionē ac predicatiōnē. Anno 1386. lectus eſt in epiſcopū Ioannes Cleyneſt, Lubeci oriūduſ, & decanus, eodēque anno uita functus eſt.

Post anno M. CCC. LXXXVIII. in epiſcopū lectus eſt Ioannes ab Atten-dorn, frugi homo ac utilis, comprimis collegio.

Tres hoſtie in altari poſt incendium reſpecta.

Idololatria & impius cultus leui de cauſa reſcipitur.

De

DE CLANDESTINA CONSPIRATI-
one & factione ciuium quorundam aduer-
sus Senatum Lubecensem.

SVb idem tempus nonnulli Lubeci
Surbis oppidani cum Holsatis qui- *Cōspiratio*
busdam aulicis fœdus fecerunt conspi- *Lubecen =*
rarūtq; Senatum atq; patricios, tum & *suū quorun*
præcipuos quosq; ciuitatis decima sep- *dam cum*
tima Calendis septembris occidendi. *Holsatis no*
bilibus.

Cuius conspirationis causa fuerunt
& autores quatuor tribuni plebis, seu
præfecti tribuum, unus qui a glesso tor-
nando nomē habebat, alter coriarius,
et duo pistores. quorum mens erat atq;
propositum, reipubl. gubernacula sibi
adsumendi uendicandiq; augentes eā
conspirationem clam pluribus accitis,
& in uigilia seu profesto S. Lamperti
ad arma cōuolarunt, hostesq; Senatus
in ditione Holsatiæ congregatos in ci-
uitatem recepturi & intromissuri. Ast
pessimum hoc facinus subditorū erga
suos magistratus, diuino quasi numine
mirabiliter impeditū, neūquam suc-
cessit. Nam eo ipso die decima septima
e Calenda

Calendarum Septembris è ditiōe Hol-
Mira sediti fata quidam Lubecum accedens, cōsu-
onis prodi- lis seu magistri ciuūm Ioānis Perseua-
tio ac mani lensis filio aperuit ac manifestauit, pro-
festatio. xima nocte eiusmodi pestilentē factio-
 nem futuram esse. Itaq; Senatus uigili-
 as bene cautas munitasq; haberi, om-
 nesq; in armis esse iubet, ac quatuor il-
 los seditionis autores armatos quoque
Deus punit primum deprehendit ac uincit, deinde
nec sinit cæteros conspiratores. Ac quidem hoc
inultos sedi pacto nefarium illud seditionis flagitiū
tiosos. dei benignitate manifestatum est & im-
 peditum, & autores illi rota, ceteri capi-
 te mulctati sunt. Horrendum sanè ex-
 emplū ac memorabile, ijs qui aduersus
 maiores suos et magistratum seditionē
 & turbas concitant. Quippe cum deus
 iubeat omnes magistratui & superiori-
 bus parere atq; subiectos esse, haud fe-
 ret nec patietur aliquam contra eos fa-
 ctionē inultam. Proinde cōspirationes
 eiusmodi factionesq; cōtra magistratū
 haudquaq; diu celari possunt, quin ma-
 nifestentur, tandēq; puniantur iudicio
 Dei

Dei, qui suos magistratus, hoc est suam ordinationē tuetur, eamq; ipse etiā ubi delinquit, non sinit esse impunitam.

Anno M.CCC.XCVIII. Monasterium Arnsbokenum extructum est, ac proximo anno Carthusia Rostochij quoq; edificari cœpta.

Anno M.CCC.XCIX. hyems fuit tanti frigoris, ut à Lubeco Sundam, ac deinceps in Daniam super gelu glacieq; pedes proficisceretur, quo anno lectus est in episcopum Lubecensem Ioannes à Dulmen Doctor.

Eodem anno arx Bergerdorpe Lubecensibus oppignorata est à principe Saxonū, eiq; arcis præfectus est Lubecensium nomine Otto Kitzecouue nobilis quidā, quē uerbis ad se ac persuasione Ericus Saxoniz dux extra arcem uocans clam circūuenit arce capta. Ast cum oppidani fraudem hanc & iniuriam cæteris principib. conquererentur, coactus tandem est dux Ericus Saxo arcem Lubecensibus restituere.

Anno M.CCCC.primo, armarūt se ac

Pirate ac *prædones* *debellatur.* munierunt Hamburgenses aduersus
piratas Anglicos mercatores depræ-
dantes, quibuscum manus cōserebant
ac uictoriam obtinebant. Horum au-
tem prædonum primus ac præcipuus fue-
runt, Nicolaus Stortebecker & Gode-
ke Michael.

Anno M. cccc. secundo, Lube-
V Vilhel = ci exustus est frater quidam V Vilhel-
mus pseud= mus alba ueste incedēs, & Apostolum
apostolus . sese profitens, impostura eius ac praua
seductione manifestata.

Anno M. cccc. octauo, motus
Seditio ple iterum ac seditio facta est quorundam
bis aduer= ambitiosorum hominum administran-
sus Senatū. da reipub. atq; regiminis cupidorum,
in Senatum, eo pretextu, ac si nimio ere
alieno grauaret ciuitatem Senatus, irri-
tata plebe, ut rationē omnium accepto-
rum & expensorum ciuitatis exigeret.
Cum autē plebes ista magna importu-
nitate urgeret, motusq; indies ac sedi-
tio maior increbesceret, nec improbita-
ti huic morem gereret Senatus, bona
ex parte urbem egressi, Luneburgum
atq;

atq; Hamburgam concesserunt Senatores, octennio nō redeuntēs. Verum episcopus Lubecensis à tribunis ac primoribus plebis uocatus rogatusq; est, quid ipse de hac re sentiret, quā opinionē sequeretur. Si nouū enim Senatū electura plebs esset, sententiam suam diceret. Quod ille & grauiter tulit, & fideliter dissuasit, populum plebemq; exhortans, se cū magistratu suo reconciliaret. Qua episcopi sententiā repudiata, Senatores alios plebs constituit, electis maiori ex parte tribunis ac seditionis autoribus, & ex his quidem primores facti sunt Cōsules, quos Burgimagistros uocant.

*Mutatio
nes magi-
stratū ac
rerum pub-
licarum pe-
riculosa.*

DE ROSTOCHIO ET VVISMARIA

ria ciuitatibus.

AT qui seditio hæc Lubeci urbis pessimi exempli eo tempore reliquis ciuitatibus fuit, quod ceu ignis circumiacentes ciuitates incendit ac infestauit, VuisMariā & Rostochium, quæ protinus suum quoq; magistratū debilitarunt ac deiecerunt, sexaginta de ple-

*Seditiones
pessimi ex-
empli.*

be eligentes, qui cum Senatoribus rem publicam administrarēt. eoq; tandē hi motus cecidere, ut suo arbitratu quos uellent eiicerent ē Senatu, quos uellent eueherent admitterentq;.

DE HAMBURGA.

Præsentia fastidiuntur, sed raro in melius commutantur. **E**Odē tēpore Hamburgæ res maiori discrimine atq; periculo acta est, Senatuī & ipsi sexaginta adiungentes, nec qui omnibus rebus unā cū Senatu interessent modo, uerum etiā qui Senatuī imperitarēt. Cum autē Lubeci urbis Senatores quidam Hamburgam cōfurgissent, seq; instar incolarum ac ciuium istic gererent, iussi sunt ciuitatem egredi, nec in eam reuerti.

Plenepotentes Hamburgæ. Ceperant autem nō multo pōst Lubecēses fastidire nouum magistratum suum, et ipsi sexaginta eligētes, qui Senatuī intercederent in omnibus. Cæterum Hamburgenses præter sexaginta, etiā duodecim elegerūt, quos Plenepotentes appellarunt: eius nimirū potestatis uiros, quib. quicquid sexaginta illi decreuissent, immutare atq; corrigere

gere integrū esset liceretq̄. ingens profecto ac singulare malum hoc fuit ac dedecus, hisce maritimis ciuitatib, uix ullo tempore ante in maiori periculo constitutis, quod uicinæ urbi uicina neque auxilium neq̄ consiliū præstare posset, cum in eodē discrimine miseræ ac pessimæ seditionis, ceu in eodem (quod dicitur) luto turbati confusiq̄ regiminis hererent omnes. Quo docemur, quam perniciosares sit mutatio rerum publ. & plebis aduersus magistratū factio seditioq̄. tūc enim pauper cornua sumit, nec cedere ingenio plebes tumultuans quicq̄ solet, donec omnia confundantur atq̄ intereant. Proinde ciuitatibus hoc exemplum diligenter animaduertendum est, eo admonitis, ne leui de causa maioribus suis ac magistratui aduersentur, nec quam temere commutationem rerum publicarum attemptent.

Nam periculosissima res est seditio & temeraria publici status mutatio. Plebe mota nihil impetuofius.

Anno M.CCCC.XIII. monasterium S. Brigittæ apud Mollen extrui coeptum est, quod postea bello Holsato

56 CHRON. VRBIS LVBECI
dirutum, Anno M.CCCC.XXXIII.

VT VETERES LVBECI VRBIS SE-
natores restituti sunt.

Concilium
Constanti-
ense.

Sigismun-
dus Rom.
Imperat.

Senatus ue-
teris resti-
tutio etiam
à plebe pe-
tita.

Restitutio
hæc cuius-
modi fue-
rit.

ANno M. CCCC.XIII. Cœptum est
Concilium Cōstantiense, quo ex
actorum Senatorum quidam Lubecē-
sium quoq; concesserunt, se ab impera-
tore Sigismundo restitui petentiū, atq;
de ui illata conquerentium. Cum au-
tem Lubeci urbis status omnino con-
fusus ac perturbatus esset, Imperator Si-
gismundus Lubecum misit legatos, an-
no M.CCCC.XVI. qui exactos Senatores
restituere: idq; petente plebe, idcirco
quòd nullum regiminis mutati succes-
sum prosperitatemq; sentirent, quodq;
ab Erico Danorum rege plurimum ue-
xarentur. Atqui restitutio Burgimagi-
strorum & Senatorum eiusmodi fuit:
Die Martis post Trinitatis proxima, le-
gati unà cum recēti senatu ueteres Bur-
gimagistros ac Senatores de templo di-
ui Georgij per ciuitatem ad Marię edē
cum solenni ceremoniā conduxerunt,
sacro

sacro seu Missa de sancta Trinitate celebrata. Quo peracto, theatrum conscendunt, ac suus cuique prior dignitatis officijque locus redditus est: apertis autem capitibus noui Senatores coram tribunali stantes, ueniam precati sunt. Ad que Iordanus Pleskouius Burgimagister eorum qui restituti erant primus, placide ac familiariter respondit: Amici charissimi, quemadmodum & nos omnipotentem oramus, ut se nostri misereatur, nostraque delicta nobis condonet, ita uobis quoque pleno pectore uestra in nos admissa remittimus, nec difficiles nos, sed multo propensiores etiam benignioresque deinceps habebitis atque experiemini. Quo Iordani Pleskouij sermone plerique oppidanorum ita commoti sunt, ut uix sibi à lachrymis temperarent. Testis autem hic sermo Pleskouio est, prudentiæ eum singularis multaqueque experientiæ atque integritatis uirum fuisse, quod & loco cadere & seruire temporari didicisset: qui ne ueterem iniuriam atque offensam sibi & alijs illa-

*Iordani
Pleskouij
Burgimagi
stri prudens
& modesta
responsio.*

ἀμνησία. tam uerbo quidē refricasset. Quid? Ve-
 tus uerbū habet, rem factam in melio-
 rem partem interpretandam esse. Id-
 circo laudādus hic Iordanus tanquam
 prudens ac cordatus uir est, quod ubi
 & foro utendum, & tempori seruien-
 dum esset, non ignoraret, omnia in me-
 lius interpretando, ne ex malo peius fa-
 ceret. Ac sic quidem humanitate atq;
 beneuolentiā suā pacem Lubeco urbi
 restituit, & cōfirmauit laudabili exem-
 plo: quo docemur, gratia & recta ad-
 missorum condonatione, in excitatis
 intestinis ac ciuilibus dissidijs, ueram
 inter ciues firmamq; concordiam sta-
 biliri atq; constitui.

Quoniam autē octo tantum ue-
 terum Senatorum redierunt, ac maior
 pars extra ciuitatem octennio illo in-
 terierunt, primum sex illi qui Senatu
 pulsī, tamen in ciuitate manserant, pa-
 tricij, in defunctorum locum ac digni-
 tatem recepti sunt. Ad hęc quatuor ex
 nouo illo consulatu, quatuor item ex
 negociatorum mercatorumq; tribu,
 ex

ex nobilibus duo, in Senatū legeban- *Ordo sena-
tus Lubeci-
iterum con-
stitutus.*
tur, ex quo commoda sanè ac pulchro
ordine iterum facta est electio, iuxta
temporis & rerum conditionem ad pa-
cem & concordiam urbìs statuendam
ac retinendam. Nec sua laude quidem
priuandum est hoc exemplum electi
Senatus, quo omnis suspiciò plebìs è
medio sublata est.

Nec longe post Vuisuarienses suo
cum Senatu se quoq; unierunt ac con- *Vuisuariè
sui cū Sena-
tu suo reco-
ciliatio.*
cordarunt, restituto atq; confirmato à
Principibus Senatu. Pro multa au-
tem plebes ciuitasq; decem mille
marcas principibus pendere coacta
est, ut res tota sedaretur atq; compone-
retur. Rostochenses uerò serius paca-
ti sunt cum suo Magistratu, seu Sena-
tu, nec antè quàm ipsi necessitate ad-
ducti exactum consulatum in ciuita-
tem reuocare compulsi sint. Suntq; in
sex millibus marcarum Sundensium
Principibus suis
condemnati, atq;
mulctati.

De

DE MOLLENO.

Ericus dux Saxonum Mollenum capit. **S**Vb idem seditionis tempus ac mutatae Reipub. Lubeci urbis, Ericus dux Saxoniae Mollenum cepit, iam pridem Lubecensibus oppignoratum. Fore enim occasionem sibi arbitrabatur facile eius retinendi, in dissensione civium. Atqui sumptis armis contra u-

Fraude tentatum et iniuria non succedit.

Eucharistiae abusus quando coepit.

Iohannes Schele Imperatoris secretarius eligitur in episcopum.

manuq; Mollenum Lubecenses rursus expugnant, obtinentq;. Adeo non succedit, quod fraude iniuriaq; tentatur.

Anno M. CCCC. XIX. Dominica Trinitatis, prima Lubeci processio cum sacramento Eucharistiae facta est, autore Iordano Pleskouio Burgimagistro: ex quo uides haud longo tempore coeptum esse abuti sacramento Eucharistiae, eumq; abusum postea increbuisse aduersus mandatum Christi.

Hoc M. CCCC. XIX. anno Lubeci electus est atq; euectus in episcopum Iohannes Schele, Imperatoris Sigismundi secretarius, ac idem legatus ad Concilium Basiliense, isq; uigesimus Lubecensis collegij episcopus fuit.

De

LIBER SECVNDVS.

DE SEDITIONE QVAM ERICVS

Danorum rex in maritimis ciuitati-
bus excitauit.

ANno M. CCCC. XXIII. Rex Dano-
rum Ericus cum duce Slesuicen-
si & Flensburgēsi, ditionum seu finitū
ergo similitatem exercuit, habuitq; ue-
rum maritimæ ciuitates duci adsentien-
tes contra regem auxiliū ferūt. quod
cum rex animaduertit, populo Lube-
cēsi alijsq; ciuitatibus scribit, senatum
accusando, quod in proprium discrim-
men aduersus antiqua priuilegia age-
ret, sibiq; hoc facto priuatum malum a-
scisceret. Vnde plebes occasionem ma-
gistratui resistendū sumpsit. tamē priori
seditionis exemplo territi, priuatoq;
damno moniti, nullas turbas moue-
runt, sed potius sponte sua conquieue-
runt. Vuismaria autem ingens conci-
tata est seditio, ita ut sexaginta illi ex ci-
uitibus lecti Burgimagistrum Ioannem
Bandschouenum, & alterum quēdam
senatorē prahensos capite ambos trun-
carent. Vltā autem post Burgimagistri
mors

Seditio ue-
hemens
Vuismaria.
Burgimagi-
strum suum
Vuismarij
occidunt.

*Burgimagi-
stro in sedi-
tione occi-
so, lapideū
monumētū
erigitur.*

*Hambur-
gensiu ſedi-
tio.*

*Sundensiu
tumultus.*

*Inconstan-
tia ac leui-
tas uulgi
mira.*

mors est à filio: eoq; adacti uī Vuisma-
rienses, ut Burgimagistro lapideū mo-
numentum in foro locarent pro inno-
centiæ suæ argumento ac signo. Rost-
chij quoq; ex regis literis turbæ tumul-
tusq; extiterūt tantū, ut Burgimagistri
loco cedere, ciuitatēq; egredi cogeren-
tur ad tempus. Nec Hamburga tran-
quilla tunc erat, quin magna quoq; ple-
bis tempestas in Senatum extitit, & se-
xaginta illi quosdam ē Senatorib; & pa-
triciū quendam Ioannem Cletzen gla-
dio feriunt, capiteq; truncant.

Sundenses etiam hac nefaria occa-
sione ducti, propemodū uniuersum in
sua urbe Senatū trucidarunt; tantos tu-
multus ac furores in plebe excitarant
in istis ciuitatibus contra magistratus
suos regiæ literæ. Ex quibus gestis re-
bus notanda est incredibilis uulgi in-
constantia ac leuitas, quā temerē sci-
licet ac leuiter minima sæpe de causa
aduersus Magistratum suum commo-
ueatur. Vel hinc discamus, nisi diuina
bonitate ac prouidentia, Respublicæ,
earumq;

earumq; administratio in ciuitatibus
 conseruaretur, impossibile fore, ciui-
 tatem ullam regnumue diu stare atque
 subsistere posse. Nam horrenda hæc e- *Fœdera*
 xempla præmonent ciuitates, ne facile *principum*
 ac leui de causa cum potentioribus fœ- *ciuitatibus*
 dera iungant, quòd ista frequenter ma- *uitanda.*
 lum habeant finem. ut uidere est in
 hoc bello Danorum regis in mariti-
 mas ciuitates, quarum exigua sanè ac
 minimè secunda in hac re fortuna fuit,
 ipsis sibi tot tantaque mala inferenti-
 bus. Bellum autem hoc diuturnum
 fuit, quo uniuersa emporica Germa-
 norum societas (quam Hense appel-
 lant) conuocata est, missis ad regem
 Daniæ nuncijs, sed frustra, donec res
 tandem inter regem & ciuitates Vuar-
 denburgi componerentur, Anno M.
 CCCC. XXXV.

Anno M. CCCC. XXXIII. Socie- *Conuentus*
 tatum ciuitates (quas uulgus Hense- *sociarũ ci-*
 stedt uocat) Lubeci conuenerunt, ac *uitatũ Lu-*
 nuncios præfecto seu magistro ordinis *beci.*
 Teutho-

Teuthonicorum in Prussia miserunt, de pace cum eo constituenda, ut in ea regione absq; periculo negociari acturo commere mercatores possent. Eadem quoque sociæ ciuitates à Lubeco nuncios miserunt ad quatuor illaemporica loca, prima atq; insigniora, quæ uulgo Contoren appellantur, pro dirimendis hisce controuersijs, sed absq; fructu miserunt.

Anno M. CCCC. XXXVII. Londini in Britannia mercatoribus Germanicis uetera priuilegia iuraq; nō sunt seruata, magnam ad hæc grauemq; cōcusionem & afflictionem perpessis. Quo circa Lubecenses, Dantisci, & Hamburgenses nūcios suos in Britanniam ablegantes, cum rege agunt; ueruntamen diu remoratis ac non auditis nuncijs, tandem Cardinalis quidam regem ac regni cōsiliarium adhortatus est, ad controuersiam dirimendā pacandamque ueteribus priuilegijs saluis, obseruatiscq;. Quo exemplo ac similibus docemur, nulla priuilegia tam firma dari
à prin.

à principibus, quin nonnunquã infrin- *Nemini fi-*
 gantur: per hoc admoniti ne quoquã ho *dendum.*
 mine fidentum esse, nec tanti momen-
 ti aut roboris ulla dari priuilegia, qui-
 bus fidere possit, sic ubi nõ & homines
 eiusmodi addiderit deus, qui illa cõser-
 uent ac retenta uelint. Nisi enim unus
 hic frugi uir Cardinalis hanc causam re *Vnus uir*
 gi consiliarioquã eius recte proposuisset, *bonus &*
 atque in meliorem partem interpretatus *frugi mul-*
 fuisset, societatu ciuitates proculdubio *tis alijs pro-*
 iura omnia ac priuilegia sua in Anglię *desse solet.*
 regno amisissent.

Hoc ipso anno Detmarij intestinu *Intestinum*
 ortum est dissidiu ac seditio, quæ uni *Detmariorum*
 uerse ditioni perniciem attulisset, si Lu *dissidi-*
 becum & Hamburga non intercessis- *um.*
 sent, ac motus illos discordiasque conso-
 pissent pacassentque. Adeo uicinis ditio-
 nibus magnas ciuitates ad earum utili- *Homo ho-*
 tatem ac tuitionem fouet deus, ut pax *minem ciui-*
 publica cõseruetur. Quotus aut quisque *tas ciui-*
 est, qui hoc ita sentit aut credit? *tate seruat.*

Anno M.CCCC.XXXVIII. Nicolaus
 Sachouius Lubeco oriundus in episco
 f pum

pum lectus est, uir bonus ac prudens; qui multa in collegium pariter ac ciuitatem officia beneficiaq; contulit.

Anno M. CCCC. XLIX. Arnoldus Vuestphalus doct̄or, episcopus factus est, & is circa ædificia occupatus.

DE HENRICO CASTORPIO
Burgimagistro.

Sub prudenti ac pacis amati magistratu dicescunt ciuitates.

Henricus Castorpius modis omnibus laudandus Burgimagister.

HOc tempore Lubecum urbs sedata ac tranquilla fuit, plurimumq; diuitijs aucta; propterea quod ea ætate singulari prudentia præditum ac pacis amantem magistratum habuit. Etsi autem ad bella turbasq; mouendas occasio sæpe data est, pacis tamen & tranquillitatis maior semper est habita ratio. Quæ laus comprimis Henrico Castorpio debetur, eius temporis Burgimagistro. Is enim quoties contentio aut lites orirentur, unde bellum motus ue secuturæ essent, dicere solitus est: Cōueniamus, disceptemus, tractemus. facile enim ligabis uel minutissimo filo sine corrigio uexillū bacillo suo: uerum

sum ut sine maximis impensis dissol- *Apophtheg*
 uas, hoc opus, hic labor est. Alio quoq; *ma eiusdem*
 usus uerbo est, ut diceret, Lubecum ur- *egregium.*
 bem emporium esse ad quærendas o- *Pace ditea*
 pes extructum : cui propterea nil tam *scunt urbes*
 conferat quam pax & tranquillitas, bel-
 lum autem conferat nihil. Vox hæc
 frugi atque prudentis Burgimagistri *Vulgus e-*
 fuit, modisque omnibus laudanda: ta- *nim nõ ag-*
 metli parum ob id promeritus est à qui *noscit bene*
 busdam gratiæ, præsertim in uulgo ac *factorem.*
 plebe. Meretur hic Castorpius uel
 ob id etiam iustam commédationem, *Castorpius*
 quod bonas artes liberaliaq; studia a- *litteras &*
 mauerit, & comprimis quidem Mu- *musicam*
 sicam, qui causa quoque fuit & autor *amauit.*
 Musici Sacelli in templo Mariæ ex-
 tructi.

Anno M. CCCC. LXVI. Lubecen-
 sibus Kitzroam uendidit quidam Io-
 annes Kitzro, & quicquid huc pertinu-
 it, idcirco quod à Saxonibus plurimū
 infestaretur.

Eodē anno Lubecū uenerūt Frideri-
 cus marchio, et Ioannes dux Saxonie
 f 2 uisuri

uisuri literas contractus Molleni quas Lubecenses habebant, pro luitione. Solum autem Marchioni exhibitæ ostendit, qui postq̄ tantum summam pro qua oppignorata erat, sensit, dissuasit duci actionē, ne porro de Molleno luendo disceptaret.

*Episcopus
sumptuosus
& prodigus.*

Anno M.CCCC.LXVI. Albertus Krumedick nobilis Holfatus in episcopū lectus est, uir sumptuosus ac prodigus, quo uicio plurimū grauauit collegiū. Crucem illam magnam in collegio fieri fecit ante chorum, quam & ipse sacrificauit. Scilicet ista sunt episcopi officia. Breviaria itē noua typis excudi curauit, quo nimirum officio suo satisfaceret.

Nauis oneraria cum mercibus & ducentis hominibus perijt.

Anno septuagesimo octauo, decima tertīa Calend. Decembris, nauis soluta Suedam uersus, inter reliquas merces ducentos Terlincios pannos uehē unā cū mercatorib. & nautis numero ducētis in alto demersa tota perijt. Soluebatur autē Lubeco nauis uersus Reuelam. Qua calamitate accepta deinde
statu-

statutū est, ne qua nauis post idus No-
uembres ex Traueno portu cum mer-
cibus in Liuoniam solueretur. Atqui
hodie statutū hoc minime obseruatur.

Anno M.CCCC.LXIX. Lubecenses
controuersiam inter regem Daniae
Christiernū & consiliarios regni Sue-
ciae pacaturi erant, idq; summo studio
tentarunt, sed nihil effectum est, idcir-
co quod cedere quicquam de suo Sue-
di nollent. Lubecenses autem cum re-
ge Christierno egerunt de restitutione
damnorum in mari passorum: cuius
ergo rex Christiernus Lubeco Rige-
lam ciuitatem oppignorauit, tradiditq;
ea cōditione, ut primum Ioanni Rant-
zoueno quinq; milia marcarum, quas
pro arce Kylo exposuerat, redderent,
adeoque praesente rege Kylenses Lu-
beci urbis Senatui fidem addixerunt. *Filia Con-*

Anno Septuagesimo secundo Lu-
becum filia Constantini Imperatoris *stantini Im-*
Neapoli uenit, nauemq; hic conscen- *perat. Mo-*
dit, & Reuelam in Liuoniam soluit: *scouiae prin-*
Hinc uero Ruslandiam ad principem *cipi despon-*
sata.

Moscouia, cui desponsata erat.

Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, bellum quod inter Britannia regem & ciuitates orientalis Oceani, aliquandiu steterat, sopitum est, paxq; constituta, priscis ac uetribus priuilegijs ab Eduardo rege ciuitatibus denuo ac nouiter datis, & confirmatis.

Hoc ipso anno Lubecum urbs foedus iniit cum Hamburgensibus, Luneburgensibus, & cum episcopo Bremensi, aduersus Gerardum comitem Aldenburgi. Intercedebat autem huic discordia episcopus Osenbruggensis & episcopus Verdunensis, una cum Teckelnburgensi & Hoyensi comitibus. Atqui rem conuentam Gerardus comes non seruauit.

*Christiern =
nus rex cu
Friderico
Imp. Romae
proficisci =
tur.* Eodem anno rex Christiernus cum Imperatore Friderico tertio Romam profectus est, cui Imperator ditionem Detmarensem contulit, quantumlibet inuitis ac reluctantibus Detmarensibus.

Anno

Anno septuagesimoquinto societa-
 tes emporicæ, quas Henſe uocāt, Lube
 ci cōtulerunt, ac de cōmunibus mer-
 caturæ negocijs tractarunt, tunc & Co
 lonienſes propter Cæſaris & epiſcopi ^{Colonienſes in empo}
 eorum reſcriptum ſeu commendatio- ^{ricam ſocie}
 nem, in ſocietatem, ex qua annis ali- ^{tatē denuo}
 quot excluſi fuerant, idcirco quòd Teu ^{recepti}
 thonicis mercatoribus ab Angliæ re- ^{ſunt.}
 ge captis Londini, nihil auxiliij præſti-
 tiſſent, iterum recepti ſunt. Nam ſuſpe-
 ctas habebat rex ciuitates orientalis O-
 ceani, quod Angli in Daciæ regno de-
 prædarentur. Neque non uindicta
 ultaq̃ue eſt Colonienſium perfidia,
 quod pacto fœderi alijs ciuitatibus
 factò neceſſitatis tempore, non ſte-
 tiſſent.

Anno ſeptuagesimo ſexto, Lube ^{Retia Lube}
 cenſum retia omnia, & in uniuerſum ^{cenſum cū}
 Bergi in Noruegia, unà cum piſci- ^{piſcibus}
 bus igne ualſata, atque conflagrata ^{Bergi exu-}
 ſunt: quæ res maximo illis damno ^{runtur.}
 fuit.

Anno LXXVII. Holſatiæ porta

f 4 extru-

extructa, ac uallum quidem eodem tempore ædificari coeptum est.

*Annonæ pe-
nuria & af-
fectio ciui-
le disidiū
peperit.*

Anno M.CCCC.LXXXIII. ingens re-
rum præsertim frumenti atq; siliginis
penuria atq; aegestas fuit, in maritimis
ciuitatibus, & comprimis quidem Lu-
beci & Hamburgæ. Opulētiores enim
mercatores uniuersam siliginem atque
frumentum coemētes, in Hollandiam
transulerant, quæ res magna in ciuita-
tibus turbarū atq; discordiæ causa fuit,
atq; ob id quidem exitialis Hamburgæ
seditio orta est. Notabile exemplū, &
animaduersione dignum, ne nostrum
ubiq; commodum in mercatura ac ne-
gociationibus spectemus, queramusq;
cum reipublicæ ac miseræ plebis dam-
no atq; dispendio. Tales enim quæstus
& lucra à deo non benedicuntur, neq;
prosperantur, sed pariunt discordias &
seditiones: quem admodū & hic quoq;
factū est in hisce ciuitatibus, cum opu-
lenti ac locupletes quidam uniuersam
siliginem in uulgi præiudicium emis-
sent, annonamq; adflixissent.

Anno

Anno LXXXVI. Prædones quidam *Grassato-*
 factionem habentes, seu Lubecensium *res & præ-*
 hostes in quosuis grassati sunt, atq; hoc *dones ma-*
 pretextu Molnensibus quoq; pecora *gnimali oc-*
 abegerunt. Quos confestim sequuti *casionem*
 Lubecenses, nobilẽ quẽdam Lusoneũ *dunt.*
 nomine Megaloburgensem domi suæ *Lusoneus*
 præhenderunt, quòd prædonum gras- *Megalo-*
 satorumq; istorum receptor esset ac ho- *burgensis*
 spes. Quæ res dein non leuis exiguiq; *capitur tan-*
 mali occasio extitit. Nam Megalobur- *quã gras-*
 gensis dux Magnus, hoc facti ouim suę *satorum ac*
 ditioni illatam præ se ferebat: quam ob- *prædonum*
 rem dictæ aliquot dies & conuentus fa- *receptor.*
 cti sunt maximis impensis & sumpti-
 bus, donec Freiburgi tandem ea res
 trāsigeretur atq; componeretur. Tum
 quoq; Lusoneus cautione ex more &
 fideiussoribus de non uindican-
 do prestis, captiuitate sua liberatus est.

Anno LXXXVII, Societates Hens-
 cæ Lubeci de partienda distribuenda-
 que pecunia Londini in Angliã parta
 egerunt, ac de impensis propter bellũ
 factis exoluendis. Sub idem tempus &
 Maxi-

*Maximilia
nus Rom.
Imperator* Maximilianus Imperator Lubecū ad
socias ciuitates misit, Cūtoris Brugen
sis nomine, pro eodem scilicet empo
rio instaurando; cui rei ciuitates quoq;
consenserunt. Ast postquam Flam
mingi Maximilianumprehenderunt,
pactiones istæ in uanum reciderunt.

Anno LXXXIX. Albertus Krum
mendikius episcopus fato sublatus est.
in cuius locum Thomas Grote, siue
Magnus successit, qui nihil effecit, la
tens, ac minime popularis homo. id
*Episcopus
Latens.* circo cognominatus est episcopus la
tens, nec diu uixit, electo deinde epi
scopo Theodorico Arndes, Hambur
ga oriundo.

Anno nonagesimo primo, Con
uentus celebris ac magnus Antuerpiæ
fuit inter Britannicas & socias ciuita
tes Hensicas, nihil tamen in isto comi
tio effectum aut conclusum est, quòd
Britanni accepta in mari à Danis da
mna ciuitatibus impingerent, propo
nentes id clam coniuuentibus ciuita
tibus sibi à Danis contigisse, ac sic qui
dem

dem ob suspiciones grauissîma ciuitatibus damna illata sunt. Ex quo discamus, facile nos ac leuiter damno aliquo adfici, si pacis amans Magistratus defuerit, præsertim in uicinijs. Nam & Lubeco & alijs ciuitatibus hic iuxta prouerbium accidit, quo dicitur: Aliquid mali propter uicinum malum: hoc est, plerumq; uicini culpa in alium recidit uicinum.

Aliquid mali propter uicinum malum.

Mantua uana misera nimum uicina Cremona.

Hoc ipso anno concursus & peregrinatio Sternebergum uersus cepta est, propter hostiam, rursus illa quæ antea Vuilsnaci fuit decrescente.

Sternebergica superstitiosa peregrinatio.

Adeo non quiescit, neq; desistit ab idolatriæ cultibus suo arbitratu instituendis suggerendisq; Satan, contra uerbum Dei, cum recta ueritatis cognitio deest. Nec contemnenda hæc sunt exempla, cum in hac ditionis parte contigerunt.

Anno nonagesimo septimo, circa Idus Octobris, nimirum die ueneris post Exaltationis Crucis, Lubecensium oneraria nauis, cuius princeps seu magister

gister

gister Gerardus Auendorpius nunciatus est, perijt unà cum alijs multis nauibus. In qua plurimæ merces, multus que Lubecensiu ciuium numerus fuit, quorum aliqui Neogardij in Ruslandia biennio perpetuo captiui tenti, & nunc demum liberati fuerant, magno gaudio Reuelæ nauem cōscendentes, nec aliud minus quàm istud malū tamque aduersam fortunam sperantes.

DE CVNTORE NEOGARDII.

Proximo sequenti anno societas Hensica Lubeci conuenit, ubi de Cuntore, hoc est emporio Neogarden si instaurando tractatum est. Cum autem Moscouiæ princeps negociatores mora & captiuitate infestasset, pauloq; post iterum libertate donasset, misit in Liuoniam nuncios Hensica societas, ea de causâ ut cū Russo tractarēt. Quando autem fines eius nunciij attigerunt simul, tanta manu apparuit Russus, ut Teuthonici non ausi sint fidem Russo adhibere: itaq; re infecta retraxerūt pedem. Huius autem damni accepti, & colla-

collapsi emporij causa alia nulla fuit q̄
 & nimius luxus, & mira temeritas atq̄
 libido negociatorum, cui & hoc acces-
 sit, quòd Reuelenses Russum quēdam
 igne extinxerant cōflagrantq̄, in pu-
 blico flagitio præter naturam libidinis
 depræhensum. Quo exemplo quidem
 docemur propter delicta mundum di-
 uinitus plecti puniriq̄, ut annona,
 commeatus, & facultates nostræ mira-
 bili modo nobis subducantur auferan-
 turq̄. Nemo enim felicem fortunam
 diu sustinere potest, quod secundis re-
 bus insolescant homines, qui metu dei
 carent, & peccata non deuitant. Quam
 obrem & punit Deus, & ferit fontes
 plagis, ne prosperitate fortunæ fi-
 damus, metuq̄ omni
 uacemus.

*Luxus mer-
 catorū per
 dit emporia.*

*Secundam
 nemo diu
 fortunā sua
 sinet.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER TERTIVS

*Cædes Det
mariana.*



Nno M.CCCCC. Decimo tertio Calen. Martij, conflictus Detmarij ac cædes facta est, in qua plures ex nobilibus Danis & Holstis occubuere.

Anno M.CCCCC. primo, Magnus dux Megaloburgensis uoluit reformare cœnobîa Vestalium Renam & Sarrentinam, ita ne postea Lubecensium liberi istic educarentur. Ex quo causam quidam uiri consulares atq; patricij sumebant, unanimiter coemendâ domum cuiusdam nobilis propè sacram Egidij ædem, ibiq; consensu Senatus mox sequenti anno monasterium diuæ Annæ extruere cœperunt, quo uidelicet liberi ciuium intra ciuitatem hoc loco honestè informarentur. Vocatæ autem ad hoc munus Vestales, regularis ordinis ex ditione Brunsvigensi

Monasteriorum ac cœnobiorum uerus usus.

genſi, ac magna pompa in hoc cœnobiiũ introductæ ſunt ab epiſcopo. Neq; autem non ſummopere laudandũ eſt hoc inſtitutum ciuium, quod ſuos liberos ac iuuentutem honeſtè educari tam fatagerunt. Et pulchrum quidẽ eſt in hunc uſum cœnobia & monaſteria publice conſeruari, ut puellæ, uiduæ, bonorumq; uirorum liberi ad timorem Dei, honeſtosq; mores à teneris imbutantur, donec ad œconomiam & parentum utilitatem adoleſcant. Ac is quidẽ uerus rectuſq; inter Chriſtianos quondam monaſteriorum & cœnobiorum uſus fuit.

DE PRIMO BELLO LVBECI

urbis cum Ioanne Dano-

rum rege.

HOc anno Lubecũ urbs in maximã cũ rege Danorũ diſcordiã uenit, urbi eĩm exoſus rex merces eius bonaq; impediuit ac remoratus eſt, oppidanos in mari quoq; deprædatus: quos & ob id ſuſpectos habuit, ac ſi Suedos clam confirmarẽt ad reluctandum ſibi, quamob-

Lubeci ur-
bis cũ rege
Danorum
bellum.

*Reginā Io-
annis capti-
uam tenuerunt Suedi.*

quamobrem data priuilegia amplius illis non seruanda duxit. Et cum Suedi captiuam tenerent reginam, misit nuncios Lubecum rex, qui apertū bellum, quod necessitate adductus, cogeretur suscipere, Suedis denunciarēt. Itaque petijt, Lubecenses à Suedis abstinere, nec commercio eorum aut consuetudine uterentur, nisi quod nihil adueherent seu importarent. Quoniam autem oppidani statim regis postulatis adsentiri nolebant, praesertim cum merces bonaeque eorum adhuc apud Suedos tenerentur, reuersis frustra legatis regis exortum est manifestum bellum, militem quoque & manū legebant Lubecenses, ac classem contra Daniæ regem adornabant. Cæterū dux ille integer ac pacis amans Fridericus Holsatus, frater Ioannis regis, causam intercepit, ac cum primoribus ditionis Lubecū concessit, quod autem sufficientia à rege plenaeque mandata non haberet, nihil effecit.

*Raymūdus
Cardinalis.*

Post hæc anno M. ccccc. tertio Raymundus Cardinalis à Ioanne rege accessit,

cerſitus Lubeci comparuit, ſeꝓq; mediā-
 torem inter regem et urbem poſuit, uo-
 catis ad ſe duce Cimbrorum ſeu Holſa-
 ciæ Friderico, & Magno Megalobur-
 genſi duce: tum & rex ſuos ibi habuit.
 Poſt autem multos congreſſus tracta-
 tusꝓq; utriꝓq; habitos, tandem res hunc
 in modum compoſita pacataꝓq; eſt. Cū *Conditio-*
 oppidani Suedos non ducerent deſe- *nes pacis.*
 rendos, mitterentꝓq; quosdā è ſenatu na-
 uigio ad illos captiuam reginā redemp-
 tum, cum admonitione proximo quar-
 to Idus Auguſti, ſeu diuī Laurentij die
 in Sundenſi ciuitate de pace ineunda
 conſtituendaꝓq;, cum rege tractaturi cō-
 pareant: contra rex quoꝓq; naues inter-
 ceptas cum præda mercibusꝓq; reſtitue-
 ret: tum & damni paſſi ergò ad præſti-
 tutum diem in Holſatia agendum ſuas
 iſtis leges reſtituendo, ac ueteribus in
 Dania priuilegijs ſalujs, quod etiam æs
 Lubeco urbi debebatur, ad eundē diē
 ſolueretur. Pro qua pacificatiōe & tran-
 ſactione obſides dati ſunt, dux Holſa-
 tiæ, epiſcopus Lubecenſis & Slefui-
 ſis,

sis, alijsq; nobiles. ac tum quidem æs illud urbi solutum est, cum sistere sese obsides iuxta sponsonem cogerentur. Quo tempore item arx Trittoua Lubeco in pignus data est.

Trittoua
arx.

Prætextu
expeditio =
nis contra
Turcas Ro
manus Car
dinalis mag
nam pecuni
am e Ger=

mania Ro=
mã euehit.

Omnia sunt
ingrata ni=
hil fecisse
benigne est.

Cardinalis ipse Lubeci in maiori æde sacra fecit ingentem pecuniarum summam, Romani Pontificis, mandato cõgerens, hoc prætextu quasi bellum contra Turcam suscepturus esset pontifex. cæterum expeditio illa seu bellũ haudquaquam progressum est.

Postq; Lubecensium nunciij cum Suedis reginæ nomine egissent, eamq; Coppēhagium, quod etiam regi innotescebat, attulissent, filium matri obuiã misit rex, ut eam exciperet: Lubecēsiũ uero nuncios qui apud Suedos fuerãt: & reginam adduxerãt, coram se rex uenire uel audire noluit. Ex quo apparet, quantam gratiam apud regem Lubecenses inierint, quod & multo labore & sumptu cum Suedis pro regina liberanda tractauissent, ut illa regi suo redderetur.

Anno

Anno M.CCCCC. quarto, Senatui Lubeci urbis priuilegiũ à Romanorum rege indultum atq; cõcessum est huiusmodi, quod nulli liceat à Senatus sententia appellare, nisi causa quadraginta Lubecenses florenos excedat.

DE MEGALOBVRGENSI BEL-
lo cum Lubeco urbe.

ANno M.CCCCC. quinto, oppidani ceu in rem præsentem ueniētes, flumē ac alueum apud Dersouam à piscatoribus & socijs inspici iusserūt, pro conseruandis ueteribus suis legibus ac priuilegijs. Cui rei nobiles quidã Megaloburgenses Parkentini uocati, resistebant uí, tale ceptum atq; institutũ oppidanorum impedire conantes, quosdam ministros cedentes, quosdam capientes ac uulnerantes, uno etiam interempto, tum & ijs qui in nauibus erant, uim intulerunt. Postquam autem Lubeci hic rumor increbuit, exemplo urbem egressi oppidani, uí manúque suos contra aduersariorum iniuriã tuendos, ac priscas leges priuilegiãque

ParKentini
Megalobur-
genses.

conseruanda duxerunt, Parkentinis in fugam uersis, domoq; eorum cōflagrata atq; uastata, quamuis certum non sit quis id fecerit. Senatus enim Lubeci urbis grauius inhiuerat ciuibus, ne quis igne incendioꝝue in Megaloburgensi ditione quicquam attentaret, patraretue. Postq; Senatus iniuriam hanc uolentiamq; Parkentinorū principī Megaloburgensi duci Balthasaro & duci Henrico literis ac scripto querebatur. Cum autem egre ferrent principes Megaloburgenses uim hāc, & incendia opidanorum, quodq; in eorum terra ac ditione grassati essent, permiserūt Parkentinis, & eorum complicibus & auxiliatoribus, ut in negociatores uiatoresq; uicissim grassarentur. Hinc factū est, ut securus nemo publica uia tuto incedere ac proficisci potuerit, idq; cum maximo nō Lubeci urbis incōmodo, uerum etiā aliarum maritimarum ciuitatum damno atq; periculo. Quamobrem Luneburgenses huic causæ intercesserūt operam dantes, ut dicto Vuilmaria

mariaē die ab electore Ioachimo Mar- *Ioachimus*
 chione Brandenburgēsi, Magno item *Marchio*
 Saxonie duce, et alijs principibus à qui *Brandēbur-*
 bus controuerſia hæc intercepta est, res *gensis Ele-*
 componeretur. Post multam autē lon- *ctor.*
 gamq; tractationem in Magnū Saxo-
 niæ ducem, ac Luneburgēsem urbem,
 tanquam recuperatores & arbitros cō-
 sensum est, ut certo tempore cum prin-
 cipibus Megaloburgensibus in Lube-
 censi causa agerent, in qua deinceps sæ-
 pe tentata est concordia, transactioque
 suscepta, sed absq; fructu. Quocirca do-
 pidani protestati sunt, de eo quod par-
 ti essent uel iure uel amicitia se cum Me-
 galoburgensibus principibus compo-
 nere, sed ab eis obtinere istud minime
 potuerit. Aperte igitur cœptū est bel-
 lum geri ab oppidanis contra uicinos
 principes, in quo multa magnaq; incō-
 moda ac damna oppidani pertulere,
 donec stabilita pax est. Ex paruis autē *Principijs*
 in istis hoc tantum malum inter princi- *obstandum*
 pes Megaloburgenses & Lubecum ur-
 bem emerſit; quo discant et admonean-

*Principes
non sunt ab
oppidanis
laceffendi.*

*Priuatā in-
iuriam non
deceat publi-
ca ui ulcisci*

*Dux Henri-
cus Brunsvi-
censis Lube-
co feciales
mittit.*

tur exemplo ciuitates omnes, ne quem principem, praesertim uicinum, leuiter ui publica laedant, etiamsi laceffitae fuerint. Etenim priuatam iniuriam ui publica ulcisci raro feliciter succedit, praecipue quidem aduersus potentiores magistratus. Coniunxerant enim sese alij principes in hac causa cum Megaloburgensibus aduersus Lubecum urbem. Praeterea nominatim dux Henricus Brunsvicensis Lubeco feciales misit, quemadmodum et Marchio Brandenburgensis. Inceptumque bellum hoc est anno millesimo quingentesimo sexto.

Duodecima die Augusti huius anni, urbem exeuntes Lubecenses cum tribus milibus peditum ac ducetis equitibus, Trauemundum atque Prigualcum praetergressi, uno de triginta pagos in ditio-
ne Megaloburgensi populati sunt, & aliquot portuum domicilia igne uastarunt

Post xxiii. die Aug. in uigilia diui Bartholomei, principes Megaloburgenses & dux Brunsvicensis finitimas fossas uallaque Slucopij irruentes, Slucopium

pium ac Vesloum pagos exusserunt, amissis propè uiginti equis, ex fossa ual loq̄ apud Slucopium telis scutisq̄ & bombardarum iactu absumptis.

Deinde uicesima nona die Septembris principes Megaloburgenses, dux Brunswicensis, et Marchio Brandēburgensis Molnam oppidum obsiderunt, ^{Molna ciui} uiginti quatuor diebus oppugnantes ^{tas obsidem} sed nihil efficientes, quemadmodū & ^{tur.} Bellendorpiū. Damnis autem multis acceptis, tandem re infecta abeunt, concordia paceq̄ facta inter Lubecum urbem et principes Megaloburgenses anno milleno quingentesimo octauo: circa diem diuī Iacobi, nimirū damnis & impēdijs cōpensatis, integris quoq̄ ac cōseruatis Lubecensium ueteribus priuilegijs ac iuribus.

Anno M.CCCC. sexto Theodoricus Arndes episcopus uita functus est, in cuius locū Vuilhelmus Vuestphalus successit, uir frugi & honestus, haud longe uitę, nam anno nono obiit. post quem Ioannes Grymholt in episcopū lectus est.

Anno M.CCCC.octauo, Templum
 diuę uirginis Lubeci conflagram est
 noctu, altera die Paschæ. eodēq; anno
 æreo tectio instauratum est. nec procul
 abfuit, quin ex hoc incendio, nisi deus
 prohibuisset, urbs tota in maximū pe-
 riculum coniecta fuisset.

DE PACE ET CONCORDIA IN-
 ter Iohannem Danię regem, & ur-
 bem Lubecum facta.

ANno M.CCCCC.sexto, cœpto Me-
 galoburgensi bello cum rege Da-
 nię, de pace cōstituenda transactum est
 Segebergi, ita ut septennio perpetuo
 concordia stabiliretur, iuxta pactū seu
 recessum Nicopię factum, circa nonas
 Iulij; nimirum die Mercurij post uisita-
 tionis Marię. Hi autem præcipui eius
 transactionis seu pacti articuli fuerunt.

Articuli pa-
 ctionis in-
 ter Lubecū
 urbem &
 Danię re-
 gem.

Primus: ut Lubecum urbs ac cæte-
 ræ ciuitates à regno Suedorum pror-
 sus abstinerent, nihilq; uel adueherent
 uel exportarent, quod in profectum ac
 utilitatem illorum cederet, quo pertina-
 cia.

cia eorum seu rebellio magis confirmaretur.

Secundus: ne Lubecensium aut cæterarum ciuitatum nauæ Suedorum naues mercesq; in portus suos reciperent. Quisquis autem eiusmodi pactio- nem frangeret, tanquam dicto non audiens atq; inobediens puniretur; qui articulus urbi Lubeco, alijsq; maritimis oppidis maxime durus atq; difficilis uel debatur, ob id etiam omnis discordia inter regem & Lubecum postea ex eo, seu fonte, emerfit.

Tertius: ut Lubecenses in fauorem ac utilitatem regis impedirent ac remouerentur Suedorum merces omnes, ipsosq; Suedos, qui uel in urbem Lubecum, uel portum eorum aut alueum uenirent. Itidem relique ciuitates facerent, donec Suedos subigerent, & ad obediendum parendumq; compellerent.

Quartus: ut tam Lubecensium quam cæterarum ciuitatum nauæ cum regis portus adpellerent, non impediti ac sine remora traicere possent, literis tan-

tum eorum monstratis & exhibitis: nimirum quod nihil Suedicarum mercium secum ueherent, ac sic quidem liberi & absq; periculo discederēt. Rex quoq; duas naues illas Coppēhagiū impeditas, Lubecensibus simul cū mercibus quantum harum adhuc superesset, restitueret: ac sic tota res hæc inter regē & Lubecum, saluo regis iure composita transactaq; foret.

DE BELLO LVBECENSI CVM

Ioanne Danorum rege.

QUanq; cōcordia Nicopingi scripto firmata erat, tamen rex istorū nihil seruauit. Lubecensiuū enim naues ubicunq; potuit, arripuit ac depraedatus est. Ex quo negociatores occasionem sumpserunt, ut mare ingrediendi, inuito etiā rege, neq; uicissim pacta illi seruandi, quæ ciuitates promiserāt: et si institutū hoc mercatorū seu negociatorū Senatus urbīs, propter maius malū uitandum, impedire conabatur.

Proinde oppidani mercatores anno octauo classē quinq; nauiuū (caruelas uulgas

uulgus appellat) Reuelā inuehūt, quæ unā cū mercibus domū redijt. Sequenti quoq; anno classem nauīū octo iterum negociatores Reuelā inuehūt. hinc motus rex, omni uī manuq; contra Lubecū contendit: classe quatuor & uiginti nauīū cum quatuor millibus sociorum Trauenum incurrēs, prohibet ne quid uel aduehatur, uel exportetur. Quare Lubecensibus data occasio est, omnes Danos in urbe agentes negociantesq; impediendi ac remorādi. Pariter in Dania factū est, ut omnes Lubecenses negociatores illo tēpore omnibus mercibus suis priuarentur. Post octo dies cū classe octo nauīū Reuela reuersa classis regia cū Lubecensib. manus cōseruit, cōfligitq; inter Dalsū et Varnouū, una tantum naue oppidanis ablata, reliqua classis pars Trauenū integra deuehit.

DE SVEDORVM REGNO

à Lubecensibus defenso.

HOC ipso tēpore Suedi suos amandariūt Coppēhagiū, cū rege inducias pactaq; faciētes, scilicet ut Suedi tributū

butū regi penderēt. Ast cū regia classis
 Finlādīa peteret, ditionē agrūq; omnē
 populatura, sumpserē causam Suedi pa-
 ctarum induciarum, icūq; foederis ui-
 cissim non seruandi. Itaq; in autum-
 no anni noni classen octodecim nauū
 (caruelas isti uocant) ad militiā ador-
 natas instructasq;, & quidem nouas,
 cum frumento, sale, ac alio com meatu
 in Suetiam transferehant Lubecenses,
 Stocholmijq; applicant, Suedos defen-
 dendo, ac sibi eos adserēdo. Porro sub
 Calend. Nouembribus, cū reuerti Lu-
 becū uellent, tempestate maris uento-
 rūq; maxime periclitātes, classē quinq;
 nauium in alto demersam amiserunt,
 quarū una Balhorn, noua & insignis
 oneraria nauis, appellata est, tum pri-
 mum mare ingressa: sed & hæc unā cū
 reliquis quatuor nauibus & quingen-
 tis socijs perijt. Cætera classis pars Dan-
 tisci applicuit, ubi per hyemem statiuā
 habere coacta est. unde tandē summo
 cum discrimine atq; periculo Lubecū
 reuertitur, ingenti calamitate accepta.

*Balhorn na-
 uis bellica
 insignis.*

Quo

Quo

Quo facto, damnoq; perpeſſo, rex classem triginta Schutenarum (est hoc mediocris nauigij genus in Oceano) cum copijs Trauemundum deuehit, tam urbem expugnaturus. uerum id quidem haud dextro marte, seu numine tentatum est. Danorum enim classis Neostadianum portum contigerat, ad cauponam, quod nauſtathmon uulgo bey dem hauekroge appellant. Preteruecto autem Trauemundo, milites circiter uiginti pagos Lubeci urbis populantur, incendioque deuastant, mox Oldeslouium sese recipientes, tribus septimanis istic commorantur, maximo regis damno, suorūq; subditorū. Interea autem dum illi circum Lubicum populatione igneq; grassantur, Tramundenses octo Botis (& id leuis nauigij genus est) aliquotq; equitibus Danorum Schutas intercipiunt atque comburunt, Neostadij militibus quibusdam captis, centum quoq; bobus Trauemundam abactis.

Anno M.CCCC. decimo, post Pascha

scha, Lubecenses unà cum caeteris ciuitatibus Rostochio, Vuismario, Sunda & Luneburgo feciales regi Danorū miserunt. Hamburga uerò licet ipsedem ciuitatib. cōfœderata esset, tamen hoc tempore in istud bellū contra Daniæ regem conspirare noluit. Lubecenses autem primum classe sex nauium præcipue instructa euehētes, regię classis partē ad Gesserū cōtingunt, ac preteruehuntur, Orfundam petentes. Nihilominus tamen cū hostibus aliquantisper cōfligunt, ita ut in regia naue, quā

*Cygnus re-
gianaus.*

Cygnū appellabāt, circiter quadraginta homines globis tacti cōciderint, classe regia Coppēhagiū delata. Post uerò Lubecenses Beltā remeantes, ditionē propē mediam igne uastarūt, ac tū quidem in Traueni portum sese recipiūt.

*Stecum op-
pidum.*

Post dies quatuordecim oppidani iterū classe quatuordecim nauium Mœnam terram ditionēq; in Penthecostes ferijs expugnant, plerosq; pagos cōflagrantes. Coloni fugam arripientes, oppidum Stecūm occupant, idcirco du-
ctor

ditor copiarum Lubecensium Thraso *Thraso du*
 (uulgo Stolterbole) leui cohorte seu *ditor copia-*
 manipulo sumpto, uallum bombardis *ru Lubecē*
 aduersis irruens, oppidum uí expu- *sium.*
 gnaturum se putabat. uerum reliquus
 ordine neglecto exercitus insequi de-
 stitit, aduersus scuta & bombardarum
 iactus pugnare nolens. Idcirco Thraso
 ductor unà cum multis alijs qui fossam
 uallumq; occuparant, globis icti ceci-
 derunt. Milites autem postquam di-
 tionem populati sunt, & igne uasta-
 runt, naues iterum cōscendunt, ab Or-
 funto ad Helsenorium progredien-
 tes, classem tredecim nauium in prædā
 adepti, unaq; cum præda Trauenū re-
 currunt. atq; hic sex septimanis statiuā
 agunt, mirisq; modis senatum Lube-
 censē molestant, in altum rursus de-
 uehi recusantes, ac præter stipem etiam
 sibi liberas prædationes relinquere uo-
 lentes. Quæ licet Senatus addixisset,
 illi tamen nihilominus Lubeco urbi
 hoc toto bello fidos se nequaquam præ-
 stiterunt.

Clasís

Classis autem tota sex & triginta nā
 uium Lubecensiu in expeditione fuit,
 ex quibus tres Sūda urbs mittebat, sol
 uentes Bornholmum, tributumq; exi
 gentes ne igne terra eorum uastare
 tur. Ast cum Bornholmij recusatēt tri
 butum, uī grassati palatiq; Lubecēses,
 interemptis quinquaginta, commea
 tus ac pecorum quantum libuit abdu
 cunt. Post Colmersuntum concessere,
 & Blekingensem agrum littusq; popu
 lantur. Suedi autem cum arcem Kalme
 ram obsedissent & expugnassent, po
 stea iunctis sibi Lubecensibus Beltū in
 currunt, atq; Lalandiam ferē totam pa
 lantes deuastant, Funam quoq; incur
 suri, quod Senatus Lubecensis propē
 millenos milites in auxilium misisset,
 simul cum annona & commeatu, nisi
 praefecti & ductores exercitus haud fi
 di plebeium militem ab incepto retra
 xissent. Eo enim sinistra ac perfida per
 suasione sua militē adduxerant, ut neq;
 precario, neq; precio seu aere promisso
 littus ingrederetur, tantum Traueni
 portum

Lalandia.

Funā.

*Praefecti mi
 litū infidi.*

portum classe occupantes. Quo perfidiae exemplo militum, commonefacte ciuitates haud temerè seu leuiter ad bellum suscipiendum festinare debent, quin occasionē ansamq; pacis retinende undiq; uenantes, melius existiment rem cōponi, etiamsi de iure suo non nihil decedere oporteat. Quanquā enim occasio nōnunquam ac fortuna ad bellum inuitare uidetur, tamen non sunt fidi ciuitatib. milites, imò libidine summa ac petulantia molesti urbibus ablata quoq; praeda, sic ut raro ditiores bello ciuitates efficiantur, abeunt.

Milites ciuitatibus non sunt fidi.

Nil melius pace.

Hoc anno circa Calendas octobres Lubecenses classe octo nauium parata, Suedorum dominos in patriam cōducturi, uti factum est, cū Bornholmium prateruecti essent ac Suedorum dominos dimississet, regis classē pari quoq; nauium numero obuīam habuere, ac sic quidem manibus confertis, unaquē cōfligentes, tandem in fugā regia classe acta, in Crotiam fugere intendit, una tantum naue Strandū appulsa. Et hoc

Lubecenses classe Suedos in patriam conducunt.

h

quidem

quidē pacto impedita ac remorata est regia classis, quo minus frumentum & commeatum Bornholmium ceu proposituerat, perferre potuerit. Circa autē Idus Nouembres post Lubecenſium classis domum redijt.

Conradus
Regulus
Danos præ
datus.

Anno M.CCCCC. undecimo, in quadregesima Cōradus Regulus ciuis Lubecensis unā cum socijs et auxiliarijs copijs suis piratas quosdam acciuit, ter Belticum portū classe transfuectus, surripuit Danis classem quadraginta nauium Schutarumq̄, quarum aliquas incendit conflagrauitq̄, aliquas domum deuexit multis mercibus onustas.

Eodem anno sub Pentecostes ferijs, regia classis uiginti nauium in portum Trauenū inuehitur, Tramūdi oppidi expugnandi prædandiq̄ causa: sed nihil effectum est. Itaq; Vuismariam regij piratæ pergunt, ac in portu, qui ante urbē est, classem quatuordecim nauium minorū iuxta ac maiorū abducunt, domicilijs simul casisq; nōnullis ad portas usq; urbis conflagratis. Porro Vuarno
um

tum transeuntes, cum undique terra ma-
 ricq; direptione vastare dittonem coepis-
 sent, Rostochenses vi omni conflata
 copijsq; suis restiterunt, coegeruntq;
 hostes ad naues retrocedere. Hinc in
 Rugorum dittonem grassantes, ad lit-
 tus Iasmundinum applicuerunt, omnes
 pagos uicosq; Sundensium igne vastan-
 tes. Sundenses aut militia armamenta-
 rioq; suo instructi, circiter octingenti pe-
 dites pauciq; equites aduersum ierunt,
 sperantes prefectum dittonis cum incola-
 rum numero aliquo sibi auxilia laturum
 esse. Cum aut prefectus in fugam actus
 abesset, Sundenses quoq; retrocedere,
 fugaq; a regijs copijs capeffere sunt coa-
 cti, amissa armatura ac decem hominibus
 captis, nonnullis quoq; desideratis. Cete-
 ri omnes Botam uenere, ac Suntum petie-
 re. Tertio aut post die regia classis Oe- *Oelandia.*
 landiam deuehitur, eam expugnatura.
 uerum incolis conflatis congregatisq;
 regis copiae in fugam actae sunt, ac sic
 quidem cum classe retro Coppenhagi-
 um cesserunt, refugeruntq;.

INterea cum rex tantopere Vuifmar-
 rios & Sundenos nauali bello infe-
 stasset adflixissetq; , Lubecenses classe
 centum & uiginti nauium Trauenum
 euecti, septimo Calendas Augusti Sun-
 densiū quoq; classem expectantes octi-
 duum, sub Iasmundo commorati sunt.
 Hi autem ubi non uenissent, Lubecen-
 ses Bornholmium profecti, cētum bo-
 ues ducentasq; oues, et tria plaustra bu-
 tiri per exactiōem in prædam nacti
 sunt. Hic quoq; cum octiduum cōmo-
 rarentur, Sundensesq; expectarent: ec-
 ce regia classis decem & septem nauiū
 aduenit quinto Idus Augusti. Tum cō-
 fertis manibus mutuo præliantes in no-
 ctem usq; , Lubecenses uictoriam obti-
 nuere, una regis naue capta cum sexa-
 ginta uiris et quibusdam nobilibus, re-
 liqua classe uniuersa in fugā acta. Tan-
 tum nox diremit præliū, multis utrinq;
 cæsis interemptisq; . Proinde quotan-
 nis Senatus Lubeci urbis quarto Idus
 Augusti

Augusti, seu in die Laurentij sacra facit in æde diuę uirginis, in signum atq; memoriã, adeoq; ad gratias omnipotenti agēdas pro felici ista in Danos uictoria.

Quoniam autē eodem tempore Lu^{Hollandi}becensium hostes Hollandi erant, clas^{Lubecensiu}sem suam à Bornholmio Heylā tradu^{hostes.}xere, ubi se Hollādorum classem adepturos putabant, neq; ea opinione falsi sunt, sed inter Reshouedum & Heilā, classem Hollandicam ducentorum & quinquaginta nauū conspiciunt, quatuor autem inter has armata atq; belligeræ cæteras conducentes erant. In quas simulatq; Lubecenses impetum fecere, in fugā uersæ omnes partim secum abducūt, partim incēdio uastant, bona clas̄is parte ab Hollandis ipsis relicta desertaq;. Acta uerò hæc res est die Lunæ post Laurentij.

Porro regia clas̄is rursus sub Bornholmum se recepit, quò iam Sundensium tres naues uenerant, quod arbitrabantur Lubecensium classem istic fore. Duas autem Sundensium milites ab-

duxere; & tertia, in qua domini erant, fuga salutem querebant. Interea quatuor illae ad pugnam instructae aderant, quae ab Hollandis missae erant, Danis nunciantes, Lubecenses ad Heilam Hollandos deuicisse, horumque classem arripuisse. Quamobrem Dani praeserebant, praedam omnem ac spolia Lubecensibus iterum erepturos sese, uitae etiam discrimine atque periculo, cum prope nauium uiginti classem haberent: ac una pariter Reschouedum abiere decima sexta Calendarum Septembris. Postquam autem Lubecenses senserunt Danorum aduentum, mox classe undecim nauium expedita Danis obuiam ierunt, tota die cum regis socijs confligentes, in noctem usque, donec regia classe in fugam uersa, Lubecenses uictoriam obtinere, et tunc quidem cum classe octodecim nauium, quam praedati erant, ac opimis spolijs in Trauenum nauistathmum seu portum se recepere. Haec ferè praecipua sunt, quae cum Ioanne rege Lubecenses gesserunt. Vnde notari conuenit, quaeque in hoc bello

bello oppidanis fortuna secunda atq; amica fuit, tamen hæc quoq; rara fuit, semperq; damni plus atq; dispendij q̄ commodi lucrivæ Lubecenses inde retulere. Præfecti enim atq; ductores militū non fidi, suam ipsius rem ac prædā spectabāt magis, quā ut oppidanorū classīū magistris obsequerentur, fidēq; præstarēt in ijs quæ cōmunem reipub. Lubecensis utilitatem ac decus concerebant. Et si autem Ioannes in navalibus bellis felix & fortunatus rex princepsq; erat, tamen sæpe questum fuisse aiunt, maligno fato in hoc bellum cum Lubeco, alijsq; maritimis ciuitatibus se perductum esse, nec toto hoc belli tempore eum ex animo hilarē apparuisse. Dum autē Lubecum stetit, tam feruens diuturnumq; bellum inter Danię regnū & urbē Lubecū non constat fuisse.

Ioannis Danorum regis querela de hoc bello.

Anno XII. bellum hoc sopitū est, & Flensburgi pax facta inter regem Daniæ & Lubecū, ubi ista omnia acta pactaq; sunt, saluis tamē Lubecensium veteribus legibus atque

Flensburgi pax inter Lubecū & Danię regē facta est.

*Ioannes pa-
ter Christi-
ernum filiū
ad pacem
seruandam
hortatur.*

priuilegijs. Ferunt dein Ioannem regē summo studio ac fide filiū Christi-ernum admonuisse, ut pacem cum Lubeco ac reliquis maritimis ciuitatibus regni uicinioribus retineret. Nec abs re utilitateq; Lubeci aliarumq; ciuitatum fuisset, si idem rex aliquanto tempore post bellum istud superstes, in uiuisq; ex diuina uoluntate mansisset. Verum

*Ioannes Da-
norum rex
Alburgi in
Iudlandia
diē obit.*

*Siburga
Hollandica
mulier re-
gem Chri-
stiernum re-
xit. Sico.*

mox anno sequenti decimo tertio Alburgi in Iudlandia uita functus est, electo in regem eius filio Christierno, coronatoq;. Is uero quanquam à patre ad pacem seruandam fideliter commonefactus adhortatusq; erat, tamen nihili faciens salubria paternaq; monita, quā primum regnum adeptus est, non cum Lubeco alijsq; ciuitatibus solum, uerum etiam cum suis ipsius subditis lites bellaq; mouit: nimirum consilio & arbitratu Hollandicæ mulierculæ Siburgæ nuncupate, cuius uidelicet uolūtati iussioniq; tādīu paruit rex donec extra regnum à suo ipsius populo eijceretur.

Anno xvi. Angelus Arcunboldus
Leonis

Leonis papæ legatus cum indulgētijſ *lim mulier*
 Romanis Lubecum ueniens, maxima *Aegyptia*
 pompa & proceſſione acceptus eſt, in- *Cleopatra*
 dulgentiarū crucem erigendo. Incredi- *ab ebrio im*
 bile aut dictu eſt quantā pecuniā, quan- *peratore*
 tas opes atq; diuitias e Lubeco alijsq; ci- *Antonio*
 uitatibus, deinde etiā ex utroq; reg- *precium li-*
 no Danorū & Suedorū ſecum Romā *bidinū Ro-*
 exportarūt. Et quidem Lubeci tantū ar- *manū Impe-*
 genteorū uasorum, quantū principem *riū petijt,*
 deceat, ſibi fieri curauit, argētea quoq; *et promiſit*
 athena & patellas extra principum mo- *Antonius,*
 rem. Ciuis autem Coloniensis Antoni *autore Flo-*
 us Vualus nuncupatus, unā cū legato *ro lib. quar-*
 fuit, pecuniam illam indulgentiarū di- *to.*
 tiſſimis argētarijs Fockeris & Bancke- *Antonij Co-*
 ris assignans, ceterum domo cuiusdam *lonienſis in-*
 impudicæ mulieris noctu necatus, po- *teritus.*
 ſteaq; in puteum clam coniectus eſt.

Hoc anno quarto Idus Nouembris
 in Reido portu ad Tramundam onera
 ria Suedorum nauis, quam ipſi Holcā *Holcā o-*
 appellarunt, panno, armis & fale onu- *neraria nau-*
 ſta, interea dū magiſter eius noctu ad *uis noctu in*
 Tramundam abeſſet, & ſocij nil male *tercipitur.*

h s ſuſpi-

suspicarentur, pace scilicet inter regem
 Daniae & Lubecum urbem constituta,
 in prima uigilia dolo infestata, simul
 cum socijs omnibus capta, ex eoq; Lu-
 becensi alreo Coppenhagium perdu-
 cta est. Quapropter ad regem Christier-
 nū oppidani magistrū Ioannem Rho-
 dū protonotariū ablegarunt, pro red-
 dendis eorū mercibus ac bonis. Quic-
 quid uerò de ijs periisset, proximo ar-
 gentariae tractatu in Holsatia restitue-
 retur, sed oneraria illa nauis Coppen-
 hagi retenta est. Cum autem rei tran-
 factae non pareret rex, nouum inde bel-
 lum exortum est inter regem & domi-
 num Stenum uicarium, seu governa-
 bernator regni Sue-
 dici.

Anno XVII. circa Trinitatis, empo-
 ricæ sociæq; ciuitates (hense appellatæ)
 Lubeci congregantur, de Cuntoribus
 tractantes, alijsq; negociationis suæ le-
 gibus ac priuilegijs, quò bona ciuitatū
 pars

pars secretarios suos miserant, sed ad tractationem admissi non sunt. Cum autem pleræq; ciuitates neminem misissent, propter itineris periculum se excusantes, actum est ut sequenti proximo anno communitas Hensorum denouò conueniret.

Sub idem tempus quidam Petrus Longus nuncupatus, ex Phrisia oriundus, factionem quingentorū hominū nequam & profugorum militū, planè quod dicitur manipulū furū habens, piraticam exercuit & ciuitates plurimū infestauit. Voluit enim uastator Danorum, uindex Bremensium, interceptor Hamburgensium, crux Hollandorū prædicari. Insignia eius & uestimenti ornatus, patibula rotæq; pictæ erāt, quæ gestabat pro symbolo. Tali autē exēplo ac similibus docemur, à dijs permitti, ut eiusmodi pestes nonnunq; mari terræq; infestent homines, ut discamus timere Deum, eiusq; irā deprecemur propter transgressiones & ingritudinē nostrā, cū nō dignas agimus illi pro facultatibus ac uictu gratias.

Petrus Longus pirata insignis.

Piratas & prædones in pœnam nobis emit tit Deus.

Hoc

Christiern = Hoc anno XVII. summo studio ac diligentia intendebat animum Christiernus rex, ut nundinatio ac mercium negociatio tota ex oceano Coppenhagiū transferretur, quo instituto Lubecū aliasq; germanicas & maritimas ciuitates uehementer adflixisset, idq; Hollandis ac Fockeris arridebat, quib. magna priuilegia ac libertates pollicitabatur, quę admodū & Russis, seu Rutenis. Verū cū plura simul conaretur efficere rex, cum primis etiam Suedos bello laceſſere atq; infestare eodem tempore uellet, institutum hoc nūdinarum in uanum recidit, nec quicquam successit:

Plura simul
aggredi uanum est.

DE BELLO CHRISTIERNI

regis in Suedos.

HOC anno Christiernus rex bellū aduersus Suedos cœpit, ob causam antea memoratam, petens à Lubecensibus ne cum Suedis negociarētur, cōmerciāq; haberent. Cum autē inter se se Suedi intestina odia dissidiāq; alerent, Christiernus classem cum Iutenis rusticis ac militibus in Suedos ablegat, ad

ad arcē Stekam propugnandā ac defendendam, in qua Archiepiscopus erat, Classis autē cum Holuīam inuecta est, Stenus præfectus ac ductor militiæ accinctus in Danos arma mouens, uictoriam obtinuit. Postea Christiernus speculatores suos in Oceano habuit, ut deprædarentur Suedos. Multis autem hoc pacto aliarum etiā ciuitatum iniuria facta, damnumq; datum est: quippe Lubecenses tum quidem quatuor grandes & onerarias naues mercibus plenas Reuelam destinabant, quasdam quoq; Rigā uersus, ex quo negotiatores plurimum anxij metuebant, ne sub fidei prætextu ac specie mercibus simul & nauibus priuarentur. Quod ne fieret Deus prohibuit, deditq; ut nullum exinde damnum pateretur tota classis, domum, circa omniū sanctorum onustaq; multis & magnis mercibus reuersa est. Tantū autem frigus erat, geluq; ut à Tramunda Lubecum ferro uterentur. Atqui cum isto tempore Danos soluere, uelaq; uentis dare non oporteret,

Stenus ductor militiæ Suedicæ.

ret, merces sibi omnes ipsi retinebant, ex quo magna pecuniæ penuria apud eos secuta est. Proinde circa Idus Nouembris cōsiliarij regis cum rege Coppenhagi tractabant, de libera nauigatione Lubecum concedenda, permittendaq̃, quam etiam rex concessit. Ac sic quidem bīduo amplius centum naues (schuten appellant) Tramundæ applicuere, cum magnis mercibus, quæ multa opera laboreq̃ ferratæ erant.

Hoc tempore & Detmarienses armis accincti, cum regi parum feliciter cessisset in Suedos, timebant suæ ditioni, ne eam quoq̃ obrueret rex incautam, expugnaretq̃, quemadmodū in animo habebat si aspirasset fortuna.

Anno decimo octauo ad quintum Calendas Nouembris, Christiernus rex legatos suos Lubecum misit, à Senatu populoq̃ petens, biennio abstinere à regno Suedorum, nihil aduecturi uel euecturi, quod si facerent, se uicissim eis gratiosum fore ac benignum

gnum pollicebatur. Cuius rei causa
 Vandalicæ ciuitates conscriptæ, coie-
 runt Lubeci, respondentes legatis, re-
 gem pactas leges, dataq; priuilegia
 non seruare, ad hæc multa crebraq; in-
 iuria ciuitates quotidie & damno in-
 tolerabili afficeret. Questi sunt &
 Lubecenses, de ablata sibi classe qua-
 tuor nauium: quemadmodum & Sun-
 denses. Idcirco ciuitatibus graue atq;
 onerosum esse aiebant, si suo ipsius da-
 mno atq; periculo abstinere à Suedo-
 rum commercio diutius debeant, cum
 iam toto biennio emolumentum parum
 merciumq; ex Suetia accepissent, retu-
 lissentq;. Nihilominus tamen in gra-
 tiam regis hinc ad proximum Pente-
 costes, ultrò à Suedorum regno com-
 mercioq; abstinere uellent. Cæterum
 Christiernus quanta potest uis in Sue-
 dos bellum expeditioneq; molitur, ac
 in Suetiam quidem traicit quinto Ca-
 lendas Iulij. Postquam autem frumen-
 to commeatuq; regis copiam carerent,
 induciæ inter regem & heroem Stenum
 factæ

*Induciæ in-
 ter regem
 & Stenum
 sanciantur.*

Christiernus rex pa-
stanon ser-
uauit. factæ sunt, donec ulterius de rebus con-
ueniret; eoq; actū est, ut obsides utrinq;
darentur. Cum uero Suedorum obli-
des coram rege susterentur, en suus rex
protinus reuocat, ac Suedorum equi-
tes nobilesq; bona fide deceptos capit,
captiuosq; secum Copenhagium tra-
hit. Inter hos uerò Suedorum obsides
nobiles Instauus Ericius fuit, postea
Suedorum rex factus.

Nonis decembrib. Christiernus Lu-
becensibus classem illam quatuor nau-
um reddidit, quas antea cta æstate re-
moratus erat. Rigensium oneraria una
supra reliquas merces amplius quin-
quaginta cereos globos ferebat, item
quindecim uasa pelliceorum, Rege tui-
tionis seu telonij nomine triginta au-
reos accipiente.

Martinia =
na mola. Hoc anno circa duodecimum Calen-
das Ianuarias ad Martinianam molam
Monetari =
us de præda
tus. Ioannes Huntus monetarius Rosto-
chenfis à grassatoribus deprædatus est
amittēs noningentos aureos in mone-
ta argentea, quam Lubeci commutarat
denuò

denuo fundendam radendamq̄. Iniquum hoc & malignum Hunti insūtutum fuit, quod in Reipub. detrimentum ex bona fundendo radendoq̄, malam leuioremq̄ uoluit efficere monetam. Quamobrem auaritia hæc & proprii quæstus studium, & monetæ publicæ rasura à diuino numine non fuit impunita.

Anno M.CCCC.XIX. Thomas Voltius Cardinalis apud Britannia regem magnæ autoritatis, Germanis Lubeci ac aliarum ciuitatū negociatoribus infensus, magnoq̄ oneri fuit.

Thomas
Voltius Car-
dinalis Ger-
manis infen-
sus.

In Quadragesima eiusdē anni Trauenus tam exundauit, ut à pistorio praeto totum plaustrale scutorū genus auerit, multumq̄ damni cellis & apothecis iniecerit.

Traueni ex-
undatio.

Hoc anno Christiernus rex Doctorem quendam ad sex Vandalicas ciuitates ablegauit, petens ut Lubecenses aliaq̄ urbes à Suedorum commercio ac negociatione abstineant, ea æstate; tum quidem regem concessurum tutum quidem i secureq̄

i secureq̄

secureq; exportarent Suedorum merces, bonaq; quæ in Liuonia haberent. In quo iterum ciuitates regi adsentiunt sub ea conditione, ut proxima æstate in Suetiam tuto soluere liceat. At cum sequenti anno Stocholmum in Suetia necdum rex debellasset, uanum & hoc indultum fuit.

DE SEVERINO NORBVO.

*Seuerinus
Norbuus re-
giarum co-
piarum du-
tor.*

HOctempore belli Suedici copiarū suarū, maritimiq; exercitus ducatorē Christiernus habebat Seuerinū Norbuū, cui & Crotiā credidit. Is Lubecum aliasq; maritimas ciuitates plurimum infestauit, afflixitq;, ac prorsus ingenti damno adfecit. Talis enim fuit ac tantus pirata hac in regione, ut mihi uideatur irato aduersoque numine in pœnam ac uindictam maritimarum ciuitatum, propter hominum peccata ex inferis emissus esse.

DE INSTA VO ERICIO.

SVb Calendis nouembribus, Instauus Ericius Suedus nobilis Steni ex sorore nepos Lubecum uenit, & alii quandiu

quandiu latuit. Scripserat enim Christiernus rex sua causa Senatui Lubecensi, eum sibi reddi postulans. Ericus quoque Ericij Danus eques, et ipse Lubecum venit, Instaurumque Ericium a Senatu tradi sibi petijt, quod se obsidē pro eo apud regem stitisset. Verum Lubecenses eum se iuri sistentem in urbe ferebant, nec tamen progredi illam sinebant. Postea autem auxilio ac promotione Lubecensium reductus est in Suetiam, cumque ex primoribus patricijs ac nobili Suedorum prognatus stemmate esset, praeter hoc etiam natura non ineptus ad regni administrationem, mox in gubernatorem, deinde in regem potentissimum electus atque coronatus est.

DE GRAVAMINIBVS NEGOCIATORVM Schonaë.

HOC autumno Christiernus rex Lubecenses aliarumque civitatum negociatores Schonaë impediuit, ac remoratus est, eorumque merces & bona praeter morem exactionibus &

i z uecti-

Von eynem
idern last
herings.

Siburga
Hollandica
mulier toti
us mali re-
gi occasio
fuit.

uectigalibus grauauit, exigēs de singu-
lis halecum oneribus (hoc est de duo-
decim cadis seu tonnis) duos florenos.
Cæteri quoq; negotiatores extranei eo-
rumq; merces impedite ac retete sunt,
de omnibus bonis uigesimum denari-
um poscente rege. Querenti autē Lu-
becensium aduocato cum aliarum ciui-
tatum nuncijs, coram rege de istis exa-
ctionibus & grauaminibus, quod ni-
mirum contra priuilegia ac libertates
suas exactionarētur, aliud nihil respon-
sum est, quàm nunc aliter fieri non pos-
se. Fertur autem harum exactionū &
iniquorum uectigalium, adeoq; totius
maligni conatus atq; instituti regis, cau-
sam fuisse Hollandicam illam mulier-
culam Siburgam. Ergo ubi Lubecum
cæteræq; ciuitates ex hoc argumento
sentirent, regem Christiernum pacta-
rum legum etiam sub diplomate, da-
tæque fidei rationem nullam habere,
ac aliud nihil quàm perniciem mariti-
marum ciuitatum spirare, patefacta est
omni discordiæ ac bello ianua, quod
paulo

paulo post aduersus regem palam subsecutum est.

Hoc ipso autumno Galli in orientali oceano classe sex nauium in regis populum piraticam exercuere, quod integram stipem superiori bello rex non pendisset. Reuersa igitur ex Noruegia Lubecensium classe, unam nauium interceperunt Galli, simul cum mercibus sedecim milibus marcarum Lubecensium aestimatis; huiusque præde seu mercium solutionem in Danorum regem curdebant, reijciebantque Galli. Cuius damni ergo Senatus Lubecensis suos ad Gallorum regem nuncios ablegauit.

In Octobri eiusdem anni sex illæ Vandalorū urbes, suos Lubecum miserūt, tractaturos de grauaminibus negotiatorum ad Schonam; nimirum quod contra prisca pactasque leges & priuilegia eo loci grauarentur. Itaque cautum est ne quid Daniæ regno mercium, utpote lupuli, salis, ceruisiæ, aliarumque quarumlibet importaretur, ad

uehereturq̄. Verum enimvero serua-
ta ista non sunt, quod suum quisq̄ com-
modum spectaret. Post uero Calendis
Nouembribus rex Christiernus literis
sefe Senatui Lubecēsi purgat, uidelicet
quod maxima grauissimaq̄ ductus ne-
cessitate teloniū atq̄ uectigal Schonen
se auxisset, aliàs si quid hic peccatum
esset compensaturus; nec porro idem
facturus. Atqui excusatio hæc in specie
tantum, et sub prætextu, non ex animo
regis facta est.

Porro in die Martini, Dani nauem
Lubecensem Riga ueniētem unā cum
multis mercibus ad Sundam rapuere,
Copenhagenium deuehentes. Rex ipse
quoc̄q̄ nauem ingressus, merces bona-
que inspexit.

Anno M.CCCCC. uigesimo, circa no-
nas Ianuarias, Christiernus rex omni-
ui manuq̄ bellum expeditionemq̄ ad
ornans in Suetiam perrexit, in quo præ-
lio Stenus gubernator iectu bombarde
secundum crus tactus moritur. Post au-
tem tertio nonas Februarij, Thuerus
Ionfenus

stenus gu-
bernator
iectu bom-
barde ta-
ctus mori-
tur.

Ionfenus in locum eius successit.

Hoc anno rex Christiernus ad principes Electores et Burgundos misit, de Lubecensibus querens, quod de eis sibi metueret: rogans Cæsaream maiestatem, inhibendo oppidanis mandaret, ne quid aduersus Daniæ regnum tentarent: scilicet præuenturus, seu occupaturus hoc prætextu iniuriã, quam Lubecensibus intulerat, an forte prior querendo causam suam meliorem faceret.

Die Martis post Reminiscere in quadragesima, dux Fridericus Cimber, siue Holsatus, nūcios suos ad Reinesfeldēse monasterium mittebat, cum Lubecensibus tractaturos, ut sciret suã ditionem tutam ac liberam à bello: quandoquidem uidebat manifestum contra regem Christiernum bellum ad ornari atq; futurum esse.

DE BELLO LVBECENSI AD-
uersus regem Chri-
stiernum.

i 4 Hoc

HOc anno uicesimo rex Christiernus Suedorum regnum adeptus, Holmi nonis nouembribus coronabatur. Sequenti anno uicesimo primo Germanos negociatores infuetis uectigalibus aggrauauit, nihil eorū quæ promiserat priuilegiorum pactarūq; legum seruās; ad hęc Dantisci urbis naues aliquot arripuit, detinuitq; pannos ferentes. Non autem longe post Suetiæ regnum ab eo defecit, propter miram eius atq; nefariam tyrānidem, quam in regno exercuerat. Cum ergo Lubecum aliaq; maritimæ ciuitates propter tantā uiolentiam atq; iniuriam, quam sedulo atq; quotidie eis inferebat, aduersus regem conspirassent, Lubecenses iuncta Suedorū classe die Veneris post Ascensionis Domini, Trauenū soluentes, euehentesq; Suetiam defendūt, Iustauo, Ericio in regnum introducto.

DE VVISMARIIS.

SVb hoc tempus primores ciuitatis Vuismarie, in Senatu et extra Senatum

tum præter morem annonam adflixerunt, propolitæ scilicet ad suum & quorundam lucrū quæstumq̃, non ad communem plebis utilitatē omne frumentum coëmentes in ducatu Megaloburgensi, quod ad septētrionē deuehebāt. Ex quo magna contentio atq̃ indignatio plebis in Senatū exorta est, idq̃ ita die Lunæ post corporis Christi cōtigit. Aiuntq̃ hinc omnē simultatē atq̃ discordiā extitisse; nimirū ex auaro hoc & quæstuoso propolitarum instituto. Notatu igitur contra auaros & sceneratores dignum exemplum est.

*Annonæ ad
flictio, &
frumēti pe
nuria pro
pter propo
litas & mo
nopolia ma
gnā discor
diarum ma
teriē dedit.*

*Classis Lu
becensium
igne crema
ta.*

Nono Calend. Iulij hoc anno Trauenda oppidum igne propemodū cōsumptum est, usq̃ ad locū quem Aduocatiā appellāt, perierūtq̃ unā magnæ naues quinq̃ ad pugnā extructæ, compositæq̃, in graue urbis Lubeci dispendium, eo quidem tempore.

Dein tertio nonas Augusti anno uigesimo secundo, Lubecensium classis, e Traueno, nauistathmo, seu portu, contra regis Christierni classem tredecim

navium partim magnarum, partim leuium, Botam deuehitur. His iuncta est Suedorum classis sedecim navium, omnes quidem Bornholmum petentes, arcem expugnaturæ, Dantiscorū quoque classe in Trauenū portū trañciēte.

Christiernus relictis regnis suis cū regina sua in inferiorē Germaniam fugit.

Hoc anno rex Christiernus relicto Coppenhagio ac Danię regno, concessit unā cum regina sua in inferiorē Germaniam. Dani uero interpellantes ducem Henricum Holsatum, ut regnum acceptaret, magna uī copñsq; traiecto Belto, Daniam immigrat, Coppenhagium oppugnans, anno uidelicet uigesimo quarto, in quadagesima. Lubecenses autem regi Friderico in auxiliū miserunt, quos etiam suis impensis alebant, duo milia peditum, & ducentos equites, in obsidione Coppenhagijs usque ad nonas Ianuarias. Tum enim sese Coppenhagium regi Friderico dedit, scilicet in festo trium regum. Preterea eidem regi urbs Lubecum classem quoq; in auxiliū seruabat hoc toto durante bello. Ac tum quidē nauystathe

mos, seu profunditas Coppenhagien-
sis portus remissior facta est.

Cum autem post regis Christierni
discessum Seuerinus Norbuus Gotiã,
arcemq; Vuisbuam teneret, plurimũ-
que ex mari noceret, Lubecenses unã
cum confœderatis suis, anno uigesimo
quinto Gotiam arcemq; Vuisbuam uĩ
armisq; expugnarunt. Arce autem ue-
hemẽter obsessa, rex Fridericus medio
tempore cum Senatu Lubecẽsi egit, ut
ditionem arcemq; Vuisbuam quatuor
annis acceptarent, Seuerino in fugam
acto, atq; bellum hoc cõtra regem Chri-
stiernum & Seuerinum, in quartum
annum durauit. Vnde quis facile con-
iectare potest, quanta incõmoda, quan-
ta damna & impensa præter operas ac
labores Lubecum urbs passa sit, ac susti-
nerit. Iure ergo his exemplis admo-
niti Deum timeremus, precãtes ut no-
bis pacificos ac modestos Magistra-
tus largiretur: nec nobis solum, uerum
etiam alijs aliarũ gentiũ politijs ac ciui-
tatibus, præsertim uiciniorib. quibuscũ
agimus

Nemo longius tranquillum esse posse, quam uicinus uelit. Quæ fieri ita plerumque finit deus, ut discamus ac cognoscamus pacem publicam, felixque regnum ad quærendas parandasque opes & facultates uitæ necessarias, omnibus in terris à solo Deo gratis dari. Exemplum quoque Christierni regis notandum est omnibus principibus & magistratibus, præcipue uero in his partibus, ne quis ad gubernacula imperij sedens, atque in administratione rerum efferatur, metusque Dei obliuiscatur. Miserabile enim ac omnibus modis dolendum est, tantum regem ac principem tam excæcatum fuisse, ut à turpi muliercula in tantis regni negocijs duci se ac gubernari, iuxta illius arbitratum passus sit, adeo ut ne suum ipsiusmet perpetuum damnum atque exitium senserit, uideritque.

A turpi muliere regem gubernari in sua ipsius & Reipublicæ perniciem miserum est.

Anno M.D. XXIII. uita functus est Ioannes Grymholtus episcopus, in cuius locum

locum dein suffectus est Doctor Henricus Bocholt, præpositus cathedralis Ecclesiæ Hamburgensis.

DE REGNO SVEDORVM.

ANno uigesimoquarto circa octauum Calendas Iulij, Bernhardo Böhouer & Hermāno Plonnies, tanq̃ Lubecensium nūcijs, arx Stockholmū in Suetia nomine ciuitatis Lubeci dedita traditaq̃ est, clauibus ab iisdem ciuitati redditis. Nunciij uerò urbis rursus eosdem claues Iustauo Ericio, qui postea rex Suedorū factus est, reddiderūt. In meliorē aut̃ partem atq̃ sententiā hæc ita acta sunt, etiam si nonnunq̃ quæ bono animo fiunt, nō ita accipiuntur, imò aliter multò quàm arbitramur res euentat. Idq̃ ex hac una causa, quod tranquillum regnū, pacificum frugiq̃ magistratū, ac omnem felicis fortunæ successum, non ab hominibus, sed ab uno Deo præstari certum est.

DE COPIIS ET EXPEDITIONE

regis Christierni ad Albim usq̃

progressa.

Deinde

DEinde anno uigesimoquarto, in
 hyeme, rex Christiernus maximā
 manum copiasq; auxilio Marchionis
 Brandenburgensis, aliorumq; princi-
 pum conflauit, eo animo ut & Lube-
 cum urbem obsideret, & tum per Hol-
 satiam grassando Daniae regnum recu-
 peraret. Verum iam milite omni uoca-
 to, & ad Albim comparente, mirabili
 ratione ac diuinitus bellum subito atq;
 expeditio postposita est, totusq; equi-
 tatus retrocessit. Quo exemplo appa-
 ret, humana ui, industria, potentiaq; ni-
 hil expediri, si diuinus fauor atq; cle-
 mentia non aspirarit, coeptaq; nostra
 secūdet, ad obtinendas debellandasq;
 prouincias & urbes. Solebat & Fride-
 ricus rex frugi sanè ac pacificus, in eius-
 modi ac similibus aduersitatibus & æ-
 rumnis dicere: Regem suū, Deum sci-
 licet, pro se pugnare. Cum enim per-
 suasum haberet, sciretq;, quod ab illo
 ad regnum perductus esset, fore etiam
 nō dubitabat, ut idem in regno se con-
 seruaret ac tueretur aduersus omnem
 uim

*Egregium
 regis dictū.*

uim atq; potentiã. Rex autem Frideri-
 cus non solum in Holsatia, uerum etiã
 in Dania regno Euangelij doctrinam
 pure & simpliciter doceri curauit, con-
 tra impios cultus, abusus, & papisticas
 ceremonias. In quo cœpto Episcopi re-
 gni non parum illi succensuere. Lube-
 cum uerò urbs, regnumq; Daniae uni-
 uersum, sub isto rege Friderico pacifi-
 cum tranquillumq; fuit, saluis etiam &
 integris maritimarum ciuitatum uete-
 ribus legibus & priuilegijs.

DE PRINCIPIO EVANGELII

*in maritimis ciuitatibus
 prædicati.*

SVb hoc tempore cœptum est præ-
 dicari Euangelium in maritimis ci-
 uitatibus, simul ac in ducatu Megalo-
 burgensi atq; in Liuania. Hamburgẽ-
 ses autem Vuittembergæ Doctorem
 Ioannem Bugẽhagiũ Pomeranũ uoca-
 runt, pro rebus ecclesiasticis ordine cõ-
 stituendis, quo recte singula fierẽt, bo-
 noq; ordine progredere, nec uulgius
 causam haberet Senatui aduersandi.

*Euangelicã
 doctrinam
 rex Frideri-
 cus prouex-
 it.*

*Euangelii
 in mariti-
 mis ciuita-
 tibus quan-
 do prædica-
 ri cœptum.
 Doctor Io-
 annes Bu-
 genhagius
 Pomeranus*

Prudenter

Lunebur=
gũ urbs in
promouen
do Euange
lio prudēs.

Prudenter quoq; in his oppidani Lu-
neburgenses egerunt, ne & ipsi occa-
sionem inobedientiæ suis darent, Rex
item Fridericus sub isto tempore E-
uangelium Oldesloï prædicari iussit,
quo plerique Lubecensium ciuium &
incolarum ad audiendum uerbum, &
Eucharistiæ sub utraq; specie commu-
nicationem se contulerunt, inuito e-
tiam ac prohibente Senatu Lubecensi.
Postea cum & abusus papisticosq; cul-
tus quidam concionatores in ciuitate
damnarent, unumq; Christum ac solũ
prædicarēt, depositi sunt ab officio, ob
denunciationē Capituli: quanquam ij
postea à ciuibus reuocati, per Senatum
ipsum ad pristina officia repositi de-
nuò & collocati sunt.

Nicolaus
Kniphoui=
us pirata
capite ple=
ctitur.

Anno uigesimoquinto Danus qui-
dam Nicolaus Kniphof, collectis ali-
quot nauibus, regis Christierni nomi-
ne Noruegiã inuehitur, atq; in orien-
tali Oceano strenuè piraticam exercēs,
multos damno adfecit. Hamburgen-
ses autem armis contra eum expeditis,
uictoria

uictoria potiti sunt, eundemq; Kniphouium unâ cum sexaginta socijs in suburbio capite truncarunt.

DE INCHOATO ATQVE INSTI-
tuto ordine ciuium Lubecensium.

ANno XXVIII. amplissimus Senatus Lubeci urbis populo plebiq; questus est de aere alieno atq; incômodis, in quę propter diutina grauiâq; bella coniecta esset urbs, atq; nouam eius grauaminis formulã seu articulos plebi proposuit. Idcirco triginta sex de plebe lecti sunt, qui pariter cum Senatu census & uectigalia annua ciuitatis respiciant atq; cognoscant. Sequenti quoq; anno conuocatus iterum populus, quadraginta octo legit ad agendum ea quę triginta sex superiori anno acturi erant. Quo autem ad pendenda tributa plebes facilior esset, Senatui interpellat, euangelij prædicationē piâsq; ceremonias ecclesijs eorum liberas cederet. Deinde anno XXX. septima die Aprilis, septuaginta quatuor uiri consensu Senatus ex plebe lecti sunt

k ad reli-

ad religionis reiꝑ publicę profectū re-
 spiciendum ac promouendum unā
 cum Senatu. Ne autem uniuersam ple-
 bem coire toties oporteret, centum ad-
 huc additi sunt ē ciuibus, quibus cum
 ubi opus esset, Senatus & sexaginta
 quatuor illi communis utilitatis cau-
 sas omnium nomine pertractarent.
 Hęc uero multiplex ciuium electio seu
 ordinatio, quanquam bono animo at-
 que consensu Senatus permittebatur,
 tamen subsistere non potuit. Nec tan-
 tum tamen creuisset negotium Euan-
 gelij, si ab initio statim libera facta fuis-
 set tum uerbi prædicatio, tum Sacra-
 mentorum administratio. Cuius rei
 Ecclesiastica illa atque papistica capitu-
 la prophanum magistratum retrahen-
 tia, prima ac maxima causa fuerunt.
 Vulgo autem & recte dicitur, Virum
 prudentem seruire tempori: quod cœ-
 ci papistæ uerbum haudquaquam in-
 telligunt, dicentes quod rectum & iu-
 stum est, non rectum sed iniquum esse,
 uel contra uerbum Dei, etiam si reg-
 na &

*vir prudēs
 seruit tem-
 pori.*

na & politias idcirco collabi atq; interire oporteat.

Anno uicesimo nono, Sudor ille *Sudor morbus.* morbus per Germaniam breui tempore increbescēs grassansq; plures Lubeci insignes atq; claros ciues nocte Calendarum Augusti abripuit, terrorēq; maximum inculsit is morbus uniuersae ciuitati. Hinc & magistratus renouatae euangelij doctrinae leuius resistebat.

Anno tricesimo, ipso die Petri & Pauli uniuersa plebes atq; communitas in foro publico congregata, obtinuit deinceps liberam Euangelij praedicationem, usumq; Sacramentorum in omnibus ecclesijs, excepta cathedrali. Statim autem sexto nonas Iulij, hoc est, ipso de uisitationis Mariae, in hac quoq; ritus cultusq; papistici, ceremoniae ac Missae ceciderē. Tandēq; inter Senatum ac ciues cōclusum est, nouos cultus & renouatam doctrinam retineri, donec Capitulum suiq; myste nouas illas ceremonias & doctrinā sacra scriptura refutarent.

Hoc quoque tempore argentum omne & κειμήλια ecclesiarum ac monasteriorum conquisita, & in templo diuæ uirginis reposita sunt, quæ dein magna ex parte in Holsatenſe bellum inſumpta diſperierunt, adiuuante Georgio Textore.

Doctor Ioannes Bugenhagenius Pomeranus Ecclesiarum Lubeci reformator.

Porro eodem anno quinto Calend. Nouembris, Doctor Ioannes Bugenhagenius Pomeranus Lubecum redit, prædicans Euangelium, atque diuinorum cultuum ordinem conſtituens. Monasterium quoque quod à Burgo nomen habet, pro pauperibus recipiendis ordinatum. Similiter & Monasterium diuæ Catharinæ in ſcholam commutatum eſt. Tum etiam census illi, Sacelli Muſicalis pædagogis & Scholæ miniſtris applicati ſunt.

Mandatum Cæſareum de Lutherana doctrina abolenda.

Hoc ipſo anno primum mandatum atque edictum Cæſareæ maiestatis, in quo de Lutherana doctrina abolenda præcipit, Lubecum uenit: tum & de remouendis lectis illis ciuibus cauit, qui edicto parituri erant, niſi Senatus huic edicto interceſſiſſet, uoluiffetque ciues in delegato

delegato munere persistere.

Anno tricesimo primo, decima octava mensis Februarij, centum illi ac sexaginta quatuor uiri nomine plebis cum Senatu egerunt, concordiamque hanc seu pacificationem statuerunt, ut si receptam Euangelij doctrinam & ceremonias Senatus defenderet, cæteræ quoque res omnes atque controversiæ hoc modo pacatæ sedatæque essent. In cuius concordiaë transactionisque testimonium quatuor ex civibus obsides dati sunt.

Cæterum in uigilia Paschæ ex maioribus duo Burgimagistri urbem excesserunt, quanquam autem Senatui de ea re nihil constabat, tamen senior consulatus propterea in suspicionem apud plebem incidit, quamobrem singuli iussi sunt domi suæ se continere. Alij autem duo Burgimagistri & Cellarij in theatro obseruati sunt, & custoditi, ac tum sic quidem subita totius politici status mutatio Lubeci facta est.

Hoc ipso anno alterum Cæsareæ maiæ

164 CHRON. VRBIS LVBECI
statis edictum seu mādatum Lubecū ē
Bruxellis missum est, eiusdem, ut prius
sententiæ, nimirum ut à doctrīna & ce
remonijs acceptis cessarent atq; desiste
rent, iuxta recessum Augustanū. Quæ
mandata non minimos certe motus ac
turbas Lubeci concitarunt. Idcirco au
tem istorum hoc loco mentionem face
re uolui, ut inde quantum impedimen
ti, quantū periculi ac perturbationis E
uangelicę doctrīnę acciderit, cognosca
tur. His enim omnibus mādatis aliter
definitum ac denunciatum Euangeliū
non est, quàm quod falsa, hæretica, sedi
tiosa doctrīna esset, ex qua nil boni aut
frugi, sed omnis libido, temeritas, atq;
inobediētia nasceretur. Veruntamen
in tam periculosis ac subitis politiæ mu
tationibus, & contra tot praxeis et con
silia nihilominus sincerā sui uerbi do
ctrinā Deus mirabiliter tutatus est, &
conseruauit : ut fateri necesse sit, om
nium hominum uim ac potestatem ni
hil esse aduersus Christum, & eius E
uangelium.

De

DE ELECTIONE NOVI CON-
sulatus.

Concusso igitur ac debilitato politico statu atque regimine, necesse erat rursus integrum Senatum seu consulatum legere atque constituere, proinde alij consules & Senatores dati sunt. Electio autem penes populū erat, propter eam, de qua diximus, suspicionem. Quanquam autem opinio erat res hoc pacto melius habituras esse, tamē & id frustra fuit. Nihil enim ad rempub. stabilendam potius, nulla ordinatio conducibilior excogitari potest, quā ut electio Senatus penes maiores, hoc est, patricios & magistratum perpetuò existat maneatque.

Nono Calendas Iulij nuncius Cæsareæ maiestatis Lubeci uenit ac petijt, ut audiretur nomine Cæsareæ maiestatis in causa ac rebus Christierni regis, at qui nuncio audientia nulla data est, quod urbs Lubecum foedus cum rege Friderico pepigisset.

106 CHRON. VRBIS LVBECI
DE ADVENTV REGIS CHRIS-
tiani in Lemoniam seu Nor-
uegiam.

IN autumno huius anni tricesimi pri-
mi rex Christiernus, ex inferiori Ger-
mania cum nauibus ac milite in Lemo-
niam uenit, ut totum Daniae regnū re-
cuperaret, sed Fridericus rex, & Dani-
ci regni Senatus, Senatui populoq; Lu-
becensi literas miserunt, in quibus au-
xilium contra regem Christiernum pe-
tebant, hac sponfione sese rursus Lu-
beco urbi auxilia laturus esse aduersus
Hollandos, quibus porro tanta classe
tamq; numerosa & instructa Suntū pe-
tere non essent concessuri. Quocirca op-
pidani classem quatuor nauium ad ex-
peditionem militarem, et ad bellum ap-
tarunt, quæ tota hyeme magnis sump-
tibus, atq; impensis Copenhagij com-
morabantur. Postea Sundensium & Ro-

Rex Chri-
stianus ca-
ptus Ascloi.
stochiorum classes huc quoque eodem
anno ueniebant, cum regis nauibus
Ascloium petentes, ubi cum rege Chri-
stierno tractatum est. Is uero Copen-
hagium

hagium perductus, à regni Senatu captus, & Sunderburgi collocatus est.

Anno XXXII. Generale quoddam Cæsareæ maiestatis edictum exiit, in quo pax publica & induciæ tam in religionis quàm prophanis causis præcipiebantur ad futurum Cõcilium, quod edictum & à Romanorum rege Ferdinando ratificatum est et confirmatum. Verum hoc ipso anno Imperatoriæ literæ Lubecum ueniunt decima Augusti, quibus Senatui populoq; mandabatur, ut res omnes ciuitatis ac politię priorem in statum reducerent. Cæterum de Euangelij doctrina & ecclesiæ ritibus ac ceremonijs nihil præcipue expressum fuit.

DE MARCO MEIERO.

HOc anno uniuersum Romanorũ *Expeditio* Regnum uí manuq; ac copijs suis *sacri Imperij* bellum & expeditionem in Turcas *parij contra* rabat, sexcentos autem milites ad hanc *Turcas.* expeditionem Lubecēses misere, quorum ductor seu præfectus erat Marcus Meierus, faber ferrarius *Hamburgensis,*

sis, sed annis antè aliquot militiam secutus. Post expeditionem autem Lubecum reuersus, uxorem Burgimagistri uiduam præter amicorum assensum duxit. Deinde Hollandici quoq; belli maritimi præfectus lectus est, in quo accidit ut classis aliqua Lubecensium in Britanniam ueniret, ubi idem Meierus à rege eques auratus creatur. Reuersus autem Lubecū unà cū Georgio Textore rerum administrationi Reipublicæ gubernaculis sese immiscens, tantum effecit, ut urbs Lubecum in duce[m] Holsatiæ manifestum bellum susciperet institueretq;. Verisimile quoque est ac facile credendū, ab hoc Marco Meiero Georgium Textorem magna ex parte incitatum fuisse, ac persuasum, ut pleraq; tentaret, quæ alioqui omisisset; quemadmodum ex sequentibus manifestius patebit.

*Cum bono
bonus eris,
cū peruer-
so peruer-
teris.*

DE GEORGIO TEXTORE.

ANno M. D. XXXIII. Georgius Textor aliq; nonnulli in Senatū lecti sunt, ac quarta septimana post,

post, idem Textor Burgimagister factus est. Natura autem ad res gerendas non erat ineptus, si eo naturæ bono in meliorem partem uti potuisset. Præcipui enim ac maximi defectus hominis seu vitia hæc fuerunt, inconstantia, credulitas, philautia sui ipsius amor, & quod neminem Senatorum tantum faceret quanti seipsum, omniaque iuxta arbitrium sensumque suum fieri uoluit. Hinc enim Meiero plusquam uniuerso Senatui tribuit, ob id quoque tandem egregie impegit. Quo exemplo omnes Magistratus admonentur, compri-
 mis autem Burgimagistri cauti sint doctique, ut cum ordinatis lectisque consularibus uiris de omnibus politiæ rebus ac negocijs libere conferant tractentque, ne seduci se à leuibus extra ordinem prauis consultiuibus patiantur: ueluti huic Textori à Meiero contigit. Non enim eiusmodi iniquæ praxeis & malignæ consulationes unquam feliciter succedunt.

Georgij Textoris uitia.

Iniquæ praxes non succedunt feliciter.

Hoc anno mox à Pentecostes festo malefactor quidam capite truncatus est

Lictores

quinque occi

si.

est Lubeci. cum autē Lictor in primo ictu errasset, turbæ in plebe cōcitate eo loco, ac quinque lictores cæsi sunt, & interempti. Tunc quidē Marcus ille Meierus ab Hamburgo ad portā Holfaticā eques uenit, miro ac singulari fastu, cum eo die nuptias ageret, eratque secū ciuitatis capitaneus seu ductor cum cæteris omnibus equestribus, ministris. Indeum autē & iusticiam grauiter peccatū est, homicidio lictorum. siquidē cōstat ab eo die iuris ordinem & obedientiā in Lubeco urbe mirabiliter offensam esse, ac cecidisse. Quapropter exemplū hoc horrendum est, admonens quemlibet modestiæ ac obedientiæ erga magistratus & eorum ministros, eos scilicet non offendendos aut lædendos esse. Eiusmodi enim manifestum flagitium & seditionem contra iudicium quod dei est, non sinit idem impunitam; ceu urbi Lubeco post hunc tumultum & petulantiam contigit. faxit Deus ut talia peccata agnoscantur.

Decima septima die Iulij, & aliquanto post

to pòst, cometes longa cauda Lubeci
 uifus est. Sequēti anno laudandus ille
 omnibus modis ac pacificus rex Fride-
 ricus fatis sublatus est. Memorabile au-
 tem & hoc est, mortuo rege cum balsa-
 mo unctum ac cereis linteis corpus in-
 uolutū, picatoq; sarcophago inclusum
 esset, tamen corpus istud sanguinem fu-
 disse adeò, ut uasis excipere sanguinē
 necesse fuerit. Hac cum præter naturā
 in mortuo corpore seu cadauere conti-
 gerūt, significari aliquid proculdubio
 tali portento uoluit deus, tanquàm ma-
 nifesto externo signo: nimirū horren-
 dam illam plagam ac cadem, quæ non
 longe pòst euenit atq; secuta est. Quip-
 pe multiplex calamitas, bella & seditio-
 nes postea in his partibus & Lubeci
 extiterunt.

Cometes
 longa cau-
 da Lubeci
 uifus.
 Fridericus
 rex obiit.

E corpore
 regis mor-
 tuo sanguis
 fluit.

DE BELLO LVBECENSI CON-
 tra Hollandos.

PORRò sequenti anno Lubecenses
 in Hollādos arma sumpserē, cui ini-
 tiū dedit causamq; insoleñs illa atq; in-
 solita

*Insolēs Hol
landorū na
uigatio cau
sam belli de
dit.*

solita nauigatio Hollandorū per Sun-
tum in Lubeci, aliarumq; ciuitatū præ-
iudiciū dispendiūmq;. Lubecenses
autem in hac re causaq; per Georgium
Textorem Coppenhagij à regni Sena-
tu auxilia ferri sibi petiuerunt ex pro-
missio contra Hollandos. Sed impen-
sorū ac sumptuū ante factorū, in
sumptæq; pecuniæ quàm Lubecenses
propter Danos exposuerāt, nulla pror-
sus mentio facta est. Respondit em̄ lon-
gæ post tractationis morā tandē regius
Senatus, non iam posse de his agi tra-
ctariq;, rege Friderico defuncto. Præci-
pue autē & maxima tunc opera fuit la-
borq; regij Senatus, ut omnes quot-
quot posuerat ac confirmarat Euange-
lij concionatores rex Fridericus, abole-
rent, perderent atq; necarent, uel saltē
regno eijcerent exturbarentq;.

Lubecenses uerò nihilominus clas-
sem in Hollandos eduxere, cuius ma-
gister ac præfectus erat Marcus Meie-
rus, ac domum quidem eques auratus
rediit. Aliqua huius classis pars in Al-
bim

bim ad Hamburgã uenere, ubi & per hyemem statiuã habuere.

Anno XXXIII. post purificationis, Rex Suedorũ tã Lubecenses negotiatores ipsos, quã bona ac merces eorũ remoratus est, atq; detinuit, prætexens rationem quandã seu supputationẽ, in qua sibi Lubecũ urbs obligata esset.

DE REBUS CVM HOLLANDIS

actis gestisq;.

CVI negotio Hamburgenses intercesserunt, pollicentes se inter Lubecũ urbem & Hollandos tractaturos esse: eoq; itum est tandem, ut in quadragesima hoc anno dies tractationis Hamburgæ diceretur, quo Georgius Textor & Marcus Meierus cataphracti, O turpis factus perditorum hominum. totiq; armis induti, ueniebant, præter morem & consuetudinem, quod & uniuerso Senatui displicuit. Cœpta autẽ rerum tractatione, nec secundum opinionem ac uoluntatem Textoris progrediẽte, mox idem & Meierus Lubecũ reuertuntur. Vnde nescio quid suspicans plebes

plebes coit; quidam uero ex præcipuis
ciuibus urbem egrediebantur, quidam
ad Marfallum captiui ducti, mox ta-
men liberati sunt. Nonnullis etiam ex
senatoribus, de quibus Textor suspi-
catus erat, domi suæ ad tempus latere præ-
ceptum est. Cum autem populus mira-
retur qui fieret, ut Georgius Textor
Burgimagister temerè ad eo leuiterque
domum redisset, contendebāt à Sena-
tu rem ediscerent & explorarent; ac si
opus esset, illos detinerent. Ob hæc ci-
ues suspectos Textor habebat, ceu qui
de uita adimenda sibi cogitarent: nec
abs re fuisset, nec inconsultum propter
cōmunem tranquillitatem, eiusmodi
argumētum atq; indicium ciuium Sena-
tui non fuisse propositum, quandoqui-
dem causam non reddidit meliorē. De-
nium autem id actum atq; effectum est
in hoc Hamburgensi comitio, ut qua-
driennio perpetuo inter Lubecum ur-
bem & Hollādos pax atq; induciæ san-
cīrentur: elapso uerò quadriennio ulte-
rior tractatio susciperetur.

De

DE MUTATIONE SENATVS.

Iam & Georgius ille Textor popu-
 lo proposuit in annalibus seu regi-
 stro urbis contineri, quod & dux Hen-
 ricus Leo antiquitus statuisset, ut quo-
 tannis tertia pars Senatus deponere-
 tur, liberumq; annum haberet. Itaque
 conclusum est, oportere iuxta statu-
 tum deinceps agere. Quamobrem eo
 anno quidam Senatores, uiri senes, ex
 ordine Senatus pulsi atq; eiecti sunt,
 ac tum quidem Textor cum Meiero
 occasionem nactus, omnibus modis
 ex animi sententia proq; arbitrato res
 administrare. Notabam equidem &
 hoc in tali regimine, rerumq; statu, nō
 saepe ius dictum ac iustitiam admini-
 stratam esse. Tot enim alia insipida ac
 improbae causae accidere, ut praesens iur-
 is iustitiaeq; uelut quondam (ut dici-
 tur) Megarensium, nulla sit habita ra-
 tio. Quae res docet, peius pestilentius-
 que in regnis ciuitatibusq; nil esse, leui
 aliqua ac temeraria politici status mu-
 tatione, contra usum atq; ordinem Ma-
 gistratus.

*Nihil pesti-
 lentius est
 neq; perni-
 ciosius te-
 meraria
 Reip. mu-
 tatione.
 Vbi enim
 improbitas
 regnat, ibi
 iustitia non
 habet locū.*

gisfratus. Nam si quid talium corrigendum sit, ac mutandum, eminentioris id magistratus atq; potestatis opus est, ut Imperatoris ac principum, non subditorum aut plebeculæ: alioqui non durabit, neq; subsistet.

Hoc quarto & tricesimo anno rex Britanniaë legatum misit Lubecum, aliasq; ad ciuitates quasdam, foederis secum ineundi gratia aduersus Romanum Pontificem, missis quoq; post nuncijs Lubecensium in Angliam. Et rex quidem certam pecuniæ summam numerauit urbi in usum coepti aduersus Daniæ regem belli:

DE BELLO LVBECI VRBIS
*contra Holsatiam &
 Daniam.*

ANno tricesimo quarto sub Pentecostes, Christophorus comes Aldenburghensis cum quatuor milibus peditum Albim traiciens, in Holsatiam uenit: nemo autem hominum de hac expeditione quicquam sciebat præter

ter Georgium Textorem & Marcum Meierum. Etsi uerò hi duo rem hanc clam cum comite tractauerant, tamen Senatum populumq; Lubecensem Comes propterea interpellauit, auxiliâq; petijt contra Daniam pro Christiano rege liberando. Nec ægrè quidem in hac causa suppetias in Danos obtinuit, quòd regius Consulatus in Dania pollicitationes pactaq; sua contra Hollandos Lubecensibus non seruasset.

Huic autem causæ Textor & Meierus Euangelium prætexebant, apud plebem præ se ferentes episcoporum improbitatem, ne in Dania uinceret. Tandem enim eò uenturum esse dicebant, ut Lubecum aliâq; maritimæ ciuitates Euangelio priuarentur. Quocirca non erat possibile ut bellum hoc feliciter succederet, cum ad hoc abuterentur uerbo Dei in prætextum suæ malitiæ.

*Non succedit
malus
Euangelij
prætextus.*

Porro Christopherus comes et Marcus Meierus hac expeditione primum Tritoum, deinde Othinā episcopi arcē

*Tritoum,
Othinā arcē
ces.*

1 2 occupant

occupant ex insperato, non missis fecialibus, sola celeritate, neque sciente neque consentiente Senatu Lubecensi. Scilicet meris prædationibus & incendijs comes publicam pacem in Holsatia antea turbauit, quam duci Holsatiæ feciales mitteret, bellum uero denunciaret.

Atqui dux Holsatus defensionem parans, uim uero repulsurus, paulo post arcem Othinam recuperauit, aliquot Comitibus ad Othinam socijs in conflictu desideratis. Post Tramundam Comes cum exercitu perrexitque nauem, conscendens, in Selandia applicuit, ac profus ex insperato ditioem palauit. Coppenhagenses urbem simul & arcem Comitis Christierni nomine tradiderunt.

Dein uicesima prima Iunii, dux Holsatus Tramundam obtinens, in ea sese circumuallauit, firmata arce atque propugnaculo Mugēburgo. Sequenti uero octauo die Augusti Holsati Tramundam reliquere, cum audirent multis magnisque copijs Lubecenses aduentare, Tramundam recuperaturos.

Octauo

Mugēburgum arx.

Octauo die Augusti, Holsati Mol-
 lenū obsident, sed frustra iuxta mona-
 steriū Marienuuoldū castrametati: ex-
 ciso demum monasterio abiere, ultima
 Augusti: deinde castrametantes ad Sto-
 keldorpiū, tertia Septembris, haud
 procul à Lubeco: quo relicto decima
 septima Septembris, ad Premesimole-
 num castrametarunt, ponte super Tra-
 uenum facto, ac ultra pratum ligno at-
 que sarmentis superiniectis ad fallen-
 dos hostes. Decima autem Octobris
 Trauenum trañcientes, cum Lubecen-
 sibus pugnarunt. Succumbentibus
 Lubecensibus, desiderati sunt centum
 & sexaginta, partim uerò capti, partim
 caesi. Ac ista quidem propter Traueni
 pontem ita contingere, negligentia atq;
 oscitantia, siue incuria Lubecensium,
 scilicet improuido illo atq; rerum in-
 experto Marco Meiero fidentes, ia- *Inexperto*
 ciente palàm impossibile esse ut Hol- *orum uo*
 sati Trauenum trañcerent. Quamob- *fidendū in*
 rem non ante credebant, quam expe- *re militari.*
 rirentur, oculisq; cernerent.

*Pramæ na=
nigia.*

Duodecima Octobris hoc anno, na-
uigia bellica, quæ sua lingua Pramas uo-
cant, ad prælium habiles atq; instructas
cum sexaginta socijs Lubecenses ador-
narunt, & in Trauenum appulerunt,
ut pontem ab Holsatis constructum di-
ruerēt. Ast Holsati ui manuq; Pramas
occupantes, sexaginta illos occidere.

Porrò decima sexta die Octob. Hol-
sati classem octo nauium cum armis Lu-
becensibus ad Slucopiū abstulere, pro
fugis ac deficientibus oppidanis, qui in
nauibus erant, classe eorum cōflagrata.

Hoc anno circa Martini Vandalica-
rum ciuitatum nuncijs Lubeci fuere, si-
mul & dux Henricus Megaloburgen-
sis. Tractarunt autem Stockelstorpj
cum principe Holsato, tandemq; pax
inter Lubecum urbem & ditionē Hol-
satā cōstituta est. In Danos uerò quisq;
suum facere periculum, fortunamq; ex-
periri posset. Pacificatio hæc Lubeci
publicata est decimo octauo Nouemb.
Tūc & sexaginta quatuor illi supra cen-
tum uiri, à sua functione administra-
tioneq;

tionēq; ultrò cessabant ac desistebant, cedētes omnem potestatem in uniuersum Senatui. Iam & ueteres Senatores pridem deiecti in integrum restituntur, atq; in ordinem Senatorium reuocantur, simul à Senatu & Vandalicarū ciuitatum legatis.

Facta inter Lubecum & Holsatiam pace, Georgius Textor et Marcus Meierus in Daniam profecti sunt, tractantes cum Aldenburghensi comite pro regni recuperatione. Ac ita quidem Meierus Vuardeburgum arcem in confinibus Suetiæ sitam dolo ac fraude adeptus est, eamq; aliquanto tempore obtinuit.

DE ANABAPTISTIS.

HOcanno Anabaptistæ Monasterium Marlicā urbē seu Vuestphalicam occupant, emigrantibus præcipuis quibusq; ciuib. planeq; in uniuersum Senatu deposito, omnibusq; eorū facultatibus & bonis in cōmune collatis. Quendā autē Ioannē à Leidē regem

Monasterium Vuestphaliæ Anabaptistæ tenent.

Ioannes à Leiden anabaptistarū rex.

Anabaptistę nuncuparant. Ceterum e
 piscopus cum auxilio principum, &
 ciuitatum Romani Imperij urbem a-
 criter obsidebat, tandemq; debellabat,
 bona parte Anabaptistarum caesa. Fa-
 cta autem hæc sunt die Veneris ante
 Ioannis Baptistæ, anno xxxv. Neq;
 non in maritimis quoque ciuitatibus
 Magistratus passim hoc tempore con-
 sternato fuerunt animo, metuētes sibi
 ab Anabaptistis, presertim cū anceps
 ferè ubiq; Reipub. status, minimeq;
 constituta firmataq; in hisce ciuitati-
 bus politia esset. Itaq; cum alijs Vanda-
 licis ciuitatibus Senatus Lubecensis
 publicum mandatum typis excuden-
 dum in Catabaptistas dedit, sapius i-
 dem è suggestu ecclesiæ repetentibus,
 ac ceu renouantibus cōcionatoribus,
 qui summo studio atq; diligentia illam
 factiosam ac seditiosam denuò tincto-
 rum doctrinam publicè damnarunt.
 Quo factum est diuina bonitate, ut eo
 tempore Anabaptistarum institutum
 atq; traditio in his Orientalibus mari-
 timis

timis ciuitatibus longius serpere, aut in grauescere non potuerit.

Sub idem tempus Rostochij quoq; & Stralsuntii status reipublicæ adfluctus & perturbatus erat; quippe quod Georgius Textor & Marcus Meierus in ambabus ciuitatibus Senatum apud plebem detulerant, & in suspicionem rapuerant. Quamobrem & Rostochij quatuor & sexaginta uiri lecti sunt, pariter cum Senatu rerum administrationem gerentes. Sunt quoq; nonnulli lecti sunt ex plebe, neq; diu tamen hæc regiminis confusio durauit. Postquam enim cum Daniæ regno non successit institutum, omniaq; Lubeci mutarētur, democratia seu populū administratio in alijs quoq; ciuitatibus abrogata est.

DE CLADE AD FVNAM
accepta.

Bona pars Senatus Danici regni Christianum Holsatiæ ducē pro auxilio ferendo implorabat aduersus

I s Oldenber-

Democratia abrogatur.

Christianus dux Holsatiæ rex effectus.

Oldenburgensem comitem ac Lubecenses, illumq; in regem eligebant. Cū autem lectus rex Christianus Iudlandiam teneret, Beltam cum exercitu suo trañciens, oppidum Asnitzum in Funam occupauit. Deinde cum Oldenburgensis Comitis ac Lubeci urbis equitibus peditibusq;, terra & cōtinenti manum conferens, præliumq; committens, uictus est ab Holsatis. In hac autem pugna cecidere Ioannes comes ab Hoya, & comes quispiam Teckelnburgensis ex Vuestphalia. Eodē quoque tempore Holsati Lubecensium classem occupabant, quæ Beltum subtus Funam deuecta erat, socijs, qui classem deseruerant, Lubeci in carcerem aliquandiu coniectis. Clades autem hæc facta est, & prælium commissum undecima die mensis Iunij. In omnibus uero his enumeratis rebus ac negotijs animaduertere conuenit ac notare, non in humana uoluntate ac potestate situm esse, ut nostro arbitratu Magistratus creemus aut ordinemus.

Talibus

Duo comites ceciderunt.

Omnis potestas à Deo est.

Talibus enim Christiani ducis Hollatiæ exemplis docemur, eum tantummodo regem esse, quem Deus regem esse iubet eligitq̄, etiam si huic uniuersus resisteret orbis. Quanquam enim pius princeps ex insperato atq̄ improviso obruebatur à duce Christophoro, bonaq̄ Danici regni pars iam pridem occupata esset, diuina tamen bonitas frugi uerumq̄ regem in omnibus causis protexit adiuuitq̄, neq̄ minus improbitas aut ingratitude Danorum optimo regi Friderico felicis memorie facta, mirabili iudicio Dei ulta uindictaq̄ est.

Anno tricesimo quinto, Henricus Bocholtus episcopus Hamburgæ obiit, Lunæ post Iudicæ electo in eius Doctor Detleuo Reuendo locū doctore Detleuo Reuendo Hol leuo regis fato nobili & regis Friderici Cancellario. Friderici Cancellari Hic uir bonus frugiq̄ fuit, iubens us. Euangelium doceri ac prædicari in collegiata ecclesia. Verum & ipse hoc anno Slesuici diem suum obiit, post eum episcopo facta Balthasaro Rantzoio,

Anno

Anno XXXV. In æstate uniuersa
emporica societas (quam hensem ap-
pellant) Lubeci conijt, conuenitq; de ua-
rijs rebus tractās, præsertim ut recta po-
litia seu rerum publicarum administra-
tio denuo cōstitueretur, ordinare urq;,
ad pacem & tranquillitatem publicam
tuendam & conseruandam. Quo tem-

Executoria pore executoriales quoq; prioris man-
les prioris dati ex iudicio imperialis Camerae Lu-
mandati cō- becum missæ sunt, quibus iterum caue-
tra Lube- batur præcipiebaturq;, ab omni nouo
censes exe- regiminis cœpto oppidani abstinerēt.
quuntur. Proinde recenter lecti Senatores om-
nes ultro ab administratione desiste-
bant. Dein Georgius Textor & ipse
sponte sua uicesima sexta Augusti loco
suo cessit. Quo uerò res omnes melius
haberent, citiusq; componerentur, Se-
natus eidem Georgio Berkendorpiū
arcem sexennio collocauit, et quicquid
ad eam pertinebat addixit sigillatis lite-
ris. Tum & hoc actum est, ut Nicolaus
Bransenus Burgimagister nuncijs mis-
sis in ciuitatē reuocaretur, ad occupan-
dum

Nicolaus
Bransenus
Burgimagi-
ster reuoca-
tur & resti-
tuitur.

dum ordinem locumq; pristinum: qui rediit quidem, restitutusq; est pristinae dignitati uigesima die Augusti.

Transactio autem inter Senatum & populum facta, recessusq; datus est pro concordia paceq; firmanda. Comprimis quidem, ut Euangelij doctrina, uerusq; Sacramentorum usus iuxta mandatum ac institutionem Christi populo exhiberetur. Tum ut simultates atq; offensae omnes Senatorum erga plebē, & e contra, in uniuersum abolitae remissaeq; essent & condonatae, quemadmodum diuinitus praecipitum est, & nos fatemur. Ac sic quidem Senatui omne ius potestasq; reddita est uicesima sexta Augusti. Faxit autem Deus, ista ut integre firmiterq; cōseruentur, quo pax & concordia Lubeci perpetuo uigeat maneatq;, ne tam periculosas perniciosasq; reipublicae regendae mutationes porro experiamur.

*Auvsia
sancitur.*

Non longe post Georgius Textor suorum negotiorum ergo Hamburgam concessit, hinc rursus in dicecesim

*Georgij
Textoris
tristis exitus.*

sim

sim Bremensem. Quamuis autem in ista profectioe ab amicis admoneretur, sibi caueret, suisq; negocijs attenderet, tamen eiusmodi monita nihil faciens, Rodenburgum profectus, ab Episcopo Bremensi in uincula coniectus, uehementerq; (ut dicitur) tortus, de Lubecensibus nonnullis quaedam enunciauit ac indicauit, eaq; indicatio seu confessio signata per ducem Henricum Brunswicensem Senatui Lubecensi transmissa est, anno tricesimo sexto, plebiq; à Senatu pronunciata perlectaq; undecima Martij. Septem item primorum ciuium aliquot septimanis in custodiam Senatus recepti sunt, ac postea dimissi: propterea quod uana futillisq; Textoris indicatio seu confessio per tormenta & nimias forte quaestiones expressa censeretur. Facile enim quisq; iudicabat, ciues indicatae noxae non esse reos fontesue.

Posthac de Rodenburgo transfertur Steinburgi in ducatum Brunswicensem, ubi carceri mancipatus anno

XXXVII. prope Volfenbutel capite trū
cat, simul & in quatuor partes diuisus
rote imponit, die lunę ante Michaelis.

Anno XXXVI. circa Esto mihi,
pax inter Hamburgam & Danię re-
gem, ac Lubecum urbem nomine Da-
nici regni facta est, quam & Sunden-
ses acceptarunt. Cæterum Rostochen-
ses & Vuismarienses eam pacificatio-
nem minimè approbarunt, aut ample-
xi sunt, in summet ingens præiudiciū
& damnū. Erat enim princeps eorum
dux Albertus unā cum Christophoro
comite Coppenhagi. Lubecenses au-
tem suos Coppenhagium nuncios mi-
serunt, qui duci Alberto Megalobur-
genſi & Christophoro comiti eandem
pacificacionem indicarēt: simul ac eos
hortarentur, ciuitatem electo regi Chri-
stiano duci Holfato dederent, uerum
huic postulationi uel parēre, uel ad-
sentiri noluerunt. Quamobrem suis
Lubecenses militibus congiarium dan-
dum, nec stipem amplius præstandam
denunciarunt. quod & Coppenha-
gieneses

gienses contempserunt, & regi ciuitatem
 praripuerunt, donec omnia consump-
 gens di- ferint. Tanta autem commeatus ac fru-
 q; fames menti penuria famesq; in plebe erat,
 Copenha- ut cattis canibusq; coctis uelcerentur,
 33. ob idque coacti regi electo ciuitatem
 dederunt.

Obsessa ciuitate Coppēhagio, Vuar
 denburgum regis copiae occuparunt,
 Marcus Me- capto quoque Marco Meiero sub Cop-
 pen- penhagio, qui in Holsatorum castra
 hagio, & perductus, mortis damnatus, ac quatuor
 in quatuor partes diui or in partes diuisus, rotæ impositus est,
 ac rotæ simul & cum eo Danus sacrificus, post
 impositus quoque frater Marci Gerardus Meierus.

Postquam autem rex Christianus
 dux Holsatus Coppēhagium ciuita-
 tem totumque regnum adeptus est, in eo
 fuit, denuo ut recte administrandæ rei-
 publicæ ordo per uniuersum regnum
 præscriberetur. Primum autem iussit
 mandauitque uerbum Dei recte atque
 sincere in toto regno doceri, ueterno
 illo papistico & abusu in collegijs &
 ecclesijs prorsus abrogato & exploso.

Cum

Cum & clandestinas & fraudulentas
 episcoporum praxeis animaduerteret, Rex Chri-
 omnes septem illos episcopos apprae- *stianus se-*
 hendit, decq; collegijs & potestate eo- *ptē episco-*
 rum deiecit: ne porro ex eorum poten- *pos capit.*
 tia alia noua in regno seditio, nouus tu
 multus expectandus, aut metuendus
 esset. Iam et laudatus ille ac pius rex do-
 ctiores eruditosq; uiros in Daniae re- *Boni prin-*
 gnum acciuit, ad instaurandam reparā- *cipis est re-*
 damq; Coppēhagianam Academiam, *ligionē ac*
 seu Vniuersitatem, eamq; annuis cen- *studies disci-*
 bus atque impendijs gratiose donauit *plinarum*
 ornauitq;. Duę autem hę res, nimirum *prouehere.*
 doctrina Euangelij, & Academia Cop-
 penhagij reparata, summopere in rege
 probanda sunt & excolenda. Fateri e-
 nim oportet recta bona, regiaq; opera
 esse uerbum Dei, & meliores discipli-
 nas studiaq; iuuentutis in regno ac ci-
 uitatibus prouehere atque conseruare.
 Omnipotens Deus bono pioq; prin-
 cipi det gratiam, & tranquillum quie-
 tumq; regnum, quandiu uiuet, ut quę
 sibi ac subditis cōprimis necessaria atq;

conducibilia sunt recte gubernare ac retinere possit.

Anno XXXVII. domus illa uulgo appellata Pockenhus, ante portam à burgo cognominatam ædificata est.

Anno XXXVIII. in autumno nulla prorsus hallecum apprehensio seu captura Schonæ fuit, maximo damno negociatorum & mercatorum, nec dubium est tantum boni ac doni (hallecum scilicet) à Deo seu diuinitus propter scelera, atque delicta nostra, propterq; in gratitudinem auferri.

Τέλος.

ORATIO FVNEBRIS

IN OBITVM MAGNANIMI ET IL-
lustrissimi principis Erici senioris Ducis à Brūsvuig
& Luneburg &c. ad Ericum eius filium here-
dem scripta, à D. Iustino Goblero Iur. conf.
& eiusdem Consiliario.



VM mihi nūc cogitanti subijt Ericē
generosissime, morē hunc per multa
secula receptū, atq; obseruatū esse,
quo nobilium et excellentium uiro-
rum uirtutes, res gestæ, anteactaq;
uita funebri sermone commemorantur: nemo erit
opinor, qui mihi uitio uertet, si iam fata atq; interitū
Principis illustriss. parentis tui officij religione de-
plorare, eiusq; manibus ceu uoce hac studioq; meo
parentare & inferias soluere conabor. Nam & si in-
genij imbecillitate impeditus plurimum, acerbissi-
moq; ob illius mortem dolore percussus, actum hunc
decenter me facere posse diffido: tamē præclaræ uir-
tutes eius, pulcherrimæq; facta merebantur, ne silen-
tio prætermitterentur, ac uelut unā cum corpore se-
pelirentur, sed & officium hoc postremum ac debi-
tum propter multa, quæ ab illo in me profecta sunt
beneficia, à me requiri existimabam. Neq; enim fæ-
teor raro uirtutes atq; decora eius eximia, et ab alijs
commendare audiui, & apud me ipse sum tacite ad-

miratus. quocirca te etiã si iunior esse uidearis, atq;
 tenuior, quã ut nosse per etatem possis, quo parere
 sis orbatu, non ægre tamen in hac publica mœsistia
 orationis lenitatem admissurũ te, nec alieno, aut in-
 uito animo patris laudationem accepturum, eaq; au-
 diturum esse arbitror, quæ & paternarũ uirtutum
 commonescere, & ad illarũ emulationem inuitare
 posse uideantur, adeoq; dolorem istum tibi aliqua ex
 parte lenire atq; mitigare. Meum profecto etiam au-
 get publica calamitas, quòd alienissimo tẽpore, quo
 & religionis res sunt afflictissimæ, & ciuiles quoq;
 perturbatissimæ, confusissimæq;, uir fortissimus ac
 prudentissimus pater tuus rebus humanis sit exem-
 ptus. Quem enim turbulentissimi motus illi, & inte-
 stina principum odia, quæ infelicem quendam ac cer-
 tum Germaniæ exitũ portendere, & rerũ omnium
 ruinam minari uidentur, non magnopere contrista-
 rentur? Ad hæc Turcicum illum immanem furorem,
 ad cuius non aduentum modo contremiscunt omnes
 boni, sed & nomen perhorrescunt, toties nunc Ger-
 maniæ imminere, adeoq; grauissimas clades inflige-
 re uidemus. Ad quæ mala, uel propulsanda quidem,
 uel saltem mitiganda, quis non uiris optimis, corda-
 tis, & longo rerum usu atq; prudentia præminentia-
 bus hoc tẽpore opus esse arbitraretur, an forte hæc
 uia & ratione aliqua egenti ac laboranti patriæ sub-
 ueniri posset? Cum igitur adhuc Respub. Germaniæ
 illius

illius consilium & operam desideraret, licet exacta,
 decursaq; ætate princeps esset, tamen & immaturè
 decessisse uideri potest, & cum publico incommodo
 atq; mœrore, non nostro priuato tantum. Sed in satis
 hoc ita fuit. Proinde, quòd quidam aiunt metum me-
 moriæ officere, quàm id non abs re dicatur, facile a-
 ninaduerto, cum mihi doloris etiam iuxta ac pudor-
 is ratio hoc tempore ita obstat, ut uideam me iam
 satis præsentis ad ista animo esse nõ posse, tantũ abest
 ut aliqua cõfidentia mei ipsius, aut ulla omnino per-
 suasione uirium ingenij ad hanc sublimem clarissimĩ
 uiri patris tui prædicationem seu laudationem com-
 plectendam adductum me quis esse putet. Sed quia ut
 dixi ab initio rectè constitutarum Rerumpub. rece-
 ptum, & legibus XII. tabularum comprobatur
 est, ut fortium uirorum decora, gesta q; (quo ad eo-
 rum imitationem fortè alij inuitarètur) post obitum
 recenseantur, rectè quoq; genitori tuo Principi for-
 tissimo hunc supremum honorem deberi, persoluiq;
 nemo est qui ambiget, siquidem eius merita factaq;
 domi forisq;, in belli simul ac pacis temporibus insi-
 gnia fuerunt atq; prælustria. Mihi tamen abs te iam
 ueniam dari uolo imparato, & dolore maximo com-
 moto atq; impedito, si non ex ordine omnem (quod
 quidem fieri decebat) uitam eius gesta q; copiose, sed
 summam tantum, & per capita recensuero, non
 ignorans, quàm uber ac latè patens hic sese dicendi

campus aperiat deserto ac copioso homini: nos tamē in tanta excellentium uirtutum admiratione, sufficere nobis arbitrati sumus, si modo ex officij nostri religione ingratitude repræhensionem defugerimus, ac res tantas patris tui in breue compendium contraxerimus. Cum non dubitemus fore, ut si quis olim (quod certe ita fieri uellemus) Diui Maximiliani, optimi & immortalis Imperatoris uitam, res gestas, & merita iusto opere atq; uolumine celebrabit, quòd is etiam patris tui laudes ceu longæ peregrinationis, atq; communis fortunæ comitis, in tali historia neuiquam conticescet.

Vt autem inchoemus ab eo, quòd res ipsa primo loco dici præcipit, natus est Ericus pater tuus, anno dominicæ incarnationis, Millesimo, quadringentesimo septuagesimo, XIII. Calendas Martij, quadriennio, antequàm Carolus, Burgundionum dux, Nouesium urbem, propter profligatum à suis canonicis Archiepiscopum Colonensem Rupertum toto anno obsidisset, & quidem Neostadij natus ex Guilhelmo duce Brunsvigensi & Luneburgensi, ac Elisabetha comite Stolbergensi, postea Mundæ educatus est. Sed quid attinet de ortu & familia uestra antiquissima simul ac clarissima, quæ publicè orbi nota est, tam multa comminisci, à quo generoso ac nobili stemmate prisco tantū abest, ut degenerarit unquam pater tuus, ut uirtute etiam singulari, & factis proprijs

prijs atq; honestissimis amplius illud quam à maiori-
 bus acceperat, prouexisse atq; exornasse, adeoq;
 tanti sui generis memor, maius auctiusq; reliquisse,
 ac uere cumulasse posteris uideri possit. Nam post-
 quam ex ephœbis excessit, ac ætate, uiribus, fortitu-
 dineq; & consilio adoleuisset, non luxui quidem aut
 otio sese, delitissue, ut nunc ferè Heroum filij solent,
 dedit: sed mox extra patriam in aulam Bauariæ
 ducum, nō tam cognationis, quæ iam uetus inter eos
 existit, quàm rectè rerum gerendarum institutionis
 causa ablegatus est. In qua cum & ob singulare cor-
 poris robur & ingenium alacre, seu quod Homerus
 de Vlysse prædicat $\omega\lambda\upsilon\tau\rho\pi\omicron\upsilon$, & ad omnes præ-
 claras res agendas agile uersatileq; nulli inferior
 esset, atq; in magnifica facinora ultro ferretur. non
 diu tamen hæsit, sed quod illo tēpore præcipue uir-
 tuti tribuebatur, & inter principes quoq; singulare
 atq; honestum habebatur. Cum uix dum annum de-
 cimum octauum excessisset peregrinas, adeoq; quam
 uocant sanctam terram seu Hierosolymitanam uisit.
 inde quoque Romam profectus Italiam totam per-
 lustrauit miro studio ac cupiditate uisendi cogno-
 scendiq; multa Vlyseo exēplo. Venerat sub id tēpus
 Maximilianus Cæsar repetitū suas hæreditarias ter-
 ras Austriaci ducatus ab Hungarorum rege Mathia
 occupatas, quo iam mortuo illas ita obtinuit ac recu-
 perauit. Reuersus igitur ab Hierosolyma Princeps

nosler Cæsari ab officio sese primum, ac generis sui parentumq; claritate commendauit: deinde, cum sub eius auspicijs disciplinis militaribus erudiretur, atq; equitando quidem, luctando, currendo, concertando, uigilando, & ad omnia militaria munia perfecta agilis, alacerq; existeret: sic his utiq; emicuit, ut præter animi & ingenij laudem, gratiam quoque apud omnes simul & admirationem sit adeptus, maxime uerò apud Cæsarem, cuius in amicitia ob præclarã indolem, atq; facinora, & familiaritatem tantam peruenit, ut postea maxima ille quoq; ei mandanda committendaq; duceret. Quippe in maiorum suorum, non artem modo, sed & probitatem eruditus, ubi uirilem in ætatem euasisset, & eorũ tum gloriam attigisset, tum quoq; suam ipse uirtutem declarasset, plurimarum pulcherrimarumq; rerũ & Maximiliano primum adiutor & patriæ postea autor extitit. Itaq; triennio, postquam Austriam suã recepisset Cæsar, & Fridericus pater iam è uiuis sublatuſ esset, Turcis, qui Croaciam inuaserant, quindécim milibus armatorũ occurrit, eosq; in fugam uertit. Atq; in hac contra Turcas expeditione princeps nosler sui tyrocinijs militaris specimen eiusmodi dedit, ut ex eo Cæsari indies carior atq; acceptior redderetur. Auspicato deinde imperio, ac restituto per auxiliũ Maximiliani Ferdinando, Neapolitanorum rege iam tũ à Carolo Gallo proſtigato, in Flandris, Brabantis,

Brabantis, & tota ferè inferiori Germania Cæsari negotium exhibetur, ubi ipsum insignia multa atq; præclara facinora, uel sua manu patrasse cõstat: quo magistro edoctus Princeps noster nihil eorum intermisit, quæ fortem militē sub tanto Imperatore decerent, quæq; ad laudē decusq; pertinerent. Sunt quoq; illo tēpore tam ab Heluetijs quàm Austriacis multa & uaria prælia, quibus tuus Erice pater propemodum omnibus non interfuit modo, uerum etiam præfuit, cõmissa, ita ut uiginti milia ab utraq; parte desiderata sint, donec res ea componeretur. Nec longē post, ortum est Bauaricum bellum, in quo Cæsar Maximilianus Bauariæ principes aduersus Philippū Palatinum Comitem Rheni, & ducem Rupertum, filium Philippi tutabatur. Venerant tum in auxilium Palatino ingentes Bohemorū copię, quas simulatq; Cæsar aduentantes accepisset, non expectato exercitu suo, parua saltem militum manu accepta: in quibus nonnulli Comites, & tuus pater erant, ferocissimos Bohemos inopinatos, & nihil tale uerentes animo maximo inuasit, fudit, et uicit. Inter pugnandum autem, cum hostes impressioni Cæsaris atrocissimè resisterent, ferrea claua percussus Cæsar, casum ex equo minatur, sed à principe nostro ad latus illi proximo mentotenus galeam illico manu arripiente erigitur atq; reponitur, Cuius officij deinde per omnē uitam Cæsari obliuisci nolebat, Accidit autem, ut eo

ipso facto inclinanti patri tuo propè affixum sella,
 equoq; femur fuerit. Idq; unum ex periculosis & le=
 talibus uulneribus sibi propter Cæsarem inflictum
 prædicabat. Verum hoc satis declarauit memora=
 bili facto Princeps noster non uirutis & animi sui
 celsitudinem modo, sed & fidem, amorem ac pieta=
 tem erga Cæsarem & Imperatorem suū. Cum hunc
 ipse uelut Scipio filius quondā in pugna ad Ticinum
 annem patrem saucium, & ab hostibus propè cir=
 cumuentum adhuc adolescens seruārit. Oportet au=
 tem multa utrinq; uulnera, multam passim cadent
 fuisse, ubi ne duces ac ipse Imperator qui dem incru=
 enti pugnārint. Post secutum est Venetorum bellum
 diuturnū: nimirū, quinquennale, seu ut alij uolunt, no=
 uennale, & plus multo horrendum ac formidabile
 quorundam iudicio quàm illud Bauaricum. Cū enim
 terra mariq; sese dominos diu multumq; iactitarent
 Veneti, nec esset Imperatorū aut Principū quisquā,
 qui post Fridericū primū illos tentare auderet, Ma=
 ximiliana maiestas tamen ita eos breui tēpore con=
 tudit ac fregit, ut si perseuerasset, haud magna cum
 difficultate in ordinē uti persuasio erat, redegisset,
 idq; Principe nostro tam diuturni belli laborisq; in=
 diuiduo comite ac socio. Reddiderat aut hoc bellum
 initio grauius atq; difficilius regis Gallorū & Hel=
 uetiorū cū Venetis pactio & consæderatio. Quam=
 obrem non unus etiam eodē tempore exercitus Cæ=
 sari

sari sufficiebat, sed iam militem in Burgundia, iam in
cōsuebis Italiæ, quo pariter et Venetis et regi Fran-
ciæ Heluetijsq; occurreret, habere atq; collocare
oportuit. Memini autē quod inter cætera Princeps
noster quandoq; narrare solebat, cum ad Vesontium
Sequanorū & imperialem ciuitatem, non admodum
copiosam manū haberet, sed indies maiorem à Cæ-
sare expectaret, ac interim ex more nonnunquam cū
primoribus ciuitatis cōuiuia agitaret, Gallos hostes
Imperatoris ciuiū quorundam adiumento clam ma-
chinatos atq; molitos fuisse, ut per insidias Princeps
noster cum suis in ciuitate noctu opprimeretur, idq;
ita factum fuisset, nisi ingenuæ cuiusdam puellæ, quæ
proditionem animaduernerat, & adolescentiæ illius
miserebatur, beneficio ac indice seruatus fuisset.
Itaq; re intellecta, manuq; sua sumpta sub uesperū eò
loci, quò hostes irrupturi erant, clanculum pergit,
eosq; aduentantes ac tale nihil opinātes ita excepit,
ut nullus eorum nisi fuga inde uitam suam retulerit.
Taliū autem facinorum & stratagematum multa
quandoq; inter colloquendum conuiuandumq; & de
se ipse & de Maximiliano, alijsq; suis cōmilitonibus
commemorare atq; recensere solebat. quæ & si mea
quidem sententia non omnino indigna essent, uti in
litteras referrentur, tamen cū nos in hac oratione bre-
uitati studemus, pleraq; iam omittenda, atq; in aliud
tēpus reseruāda putamus. Hoc satis cōstat Cæsarem
principis

principis nostri opera studioq; in re militari delectatum, grauisimis in rebus ac periculosis temporibus multos per annos, & ab ipsa adolescentia usum fuisse, eiusq; fidem, industriam, solertiam ac fortitudinem multoties perspectam habuisse, atq; ob id primo ac summo apud se loco esse uoluisse. Quem nimirum talem longo usu, dubia etiam & aduersa saepe fortuna expertus esset, qualem Theseum Hercules, Achilles Patroclum, & Aeneas Achatem suum. Atq; haec quidem rudimenta fuerunt ac tyrocinia principis nostri in disciplina militari, Maximiliano magistro & formatore. Cum autem uirilem togam indutus iam esset, de praemio etiam Caesar, quo eum honestaret, remuneraretq; cogitauit. Erat tunc forte illo ipso tempore duci Austriae Sigismundo, diuiti opum quidem, ast debilis & infirmi corporis principi uxor relicta, Catharina Alberti ducis Saxoniae & Misniae filia, Georgij quondam, & nunc Henrici fratrum soror, uenustatis eximiae scemina iuxta ac opulentissime dotata decus sexus: quae iam uita functo marito etsi à praestantissimis Germaniae principibus aliquot in uxorem ac matrimonium ambiretur, Maximiliano paranympho tamen nostro Principi nupsit, simulq; illa ducta natiuos in Austria ad Aenū & Tauriā flumina tractus, haereditariasq; prouincias gubernandas contulit, quas toto quinquennio ipsius nomine summa cū laude administrauit: atq; quū in has partes crebri

Trebri Turcarum hostiumq; circūiacentium incur-
sus fierent, eos quidem ita prohibuit atq; represit,
ut sepe multos irrupentium manipulos & neci da-
ret, & in fugā uerteret ageretq;. Nam & fortiter &
fideliter hos tractus finesq; sibi ab Imperatore credi-
tos tutatus est, & multa priuata quoq; beneficia isti
genti, quæ adhuc etiam agnoscunt, contulit. Interea
dux Henricus germanus frater patriam ditionem,
quam pridem inter se ambo ipsorum patre defuncto
partiti fuerant, communi utriusq; nomine admini-
strabat. Verū cum illo tempore tam in Dania, quàm
in Sicambrijs & Caucis, tam in occidentali quàm in
orientali, seu ut alij dicunt in maiori & minori Phry-
sia, multa frequentiaq; bella essent, & ceu bellum ex
bello sereretur, ac frater domo patriaq; ut plurimū
abesset, illisq; multum interesset, non uisum est tan-
dem è re utriusq; fore, ut ambo semper perpetuoq;
domo abessent. Itaq; huc cum à fratre ipso tum à sub-
ditis efflagitantibus reuocari se princeps noster pas-
sus est, inq; patriam ditionem cum uxore se contulit,
ita ut nihilosecius tamen à Maximiliano Casare, quæ
iam cari parentis habebat loco, totus penderet, nec
usquam ab eo uoluntate atq; sententia saltem decli-
naret aut seiungeretur, quin etiam unà cum fratre
multo sæpe magnoq; comitatu Casarem adiuuaret,
eiusq; causam ageret, fortunas & honores, quantum
posset, tueretur. Hoc autē matrimonio princeps no-
ster

ster multas magnasq; opes & facultates copiosissimas, lectissimam & instructissimam suppellectilem omnis generis domesticarum ac Principum rerum: ita ut posset et Deliaca suppellex, & uasa Corinthia ueterum more appellari, consecutus erat, quam secum in patriam aduexit. Ast quemadmodum serè fieri solet, ut magnæ opes raro citra inuidiam possideantur, sic quoq; nostro Principi contigit, ut istæ facultates cū ornatissima ac spectatissima uxore acquisitæ non paucos haberent insidiatores. Proinde cum nulla uia citius faciliusq; quamlibet res maximæ dilabantur, & amplissimæ quæq; pecuniæ amittantur, quàm discordia et bello. Non defuerunt Principes, qui motis cū eo disidijs ac simulatibus susceptis maximorum sumptuum faciendorū causam dederunt. Nec tantis bonis quiete illum perfrui sinebant, sed continuis disidijs atq; insultibus operati sunt, ut non modo magnam illarum partem amiserit, sed & æs insuper alienum non modicum sibi conflārit. De qua re, cum forte citra quorundam indignationem molestiamq; multa dici nequeant, iam amplius non addam. Multa autem & alia hic prætereo prudens, quot quantaq; cū fratre cōtra Phrysijs, aliasq; uicinas gentes bella gesserit, in illius ac cæterorum aulicorum gratiam, quanta pericula ubiq; subierit atq; sustinuerit, ubi tandem etiam bombardæ iactu percussus frater ceciderit. Non iam refero, quanto animo, quàm præ-

senti

fenti ac forti in tot periculosis et horridis bellis sæpe inter primos, nõnunquam etiam ante omnem aciem aut solus ipse, aut cum paucissimis hostem adierit. Plura enim sunt, quæ in illius atatem inciderunt atrocissima bella, fortia facta, & militaria decora, multa quæ ipsimet contigerunt, quæq; ab ipso acta sunt & gesta. Sed horum pleraq; nos latet, quod & illo tempore, quo gesta sunt, nec dum nati essemus, & mortem eius tam propè futuram minime suspicaremur, quo minori diligentia ab ipso omnia didicerimus. Quædam etiam ultro ceu uulgariora, ac ne orationis modum prætergrediamur & excedamus, omitenda duximus. Neq; enim huius loci, id est, & prolixum cõmentariũ desideraret, si quis ea, quæ uel ab amicis seu propinquis ei contigerunt, uel iucũda uel noxia atq; aduersa, uel ab hostib. inflicta sunt, omnia hoc tempore cõmemorare atq; recẽsere uellet. Quoniam satis constat ærumnas illas omnes, calamitates atq; iniurias tam à suis, quàm alienis illatas, ac domi forisq; perpeffas magno animo ac forti pertulisse atque sustinuisse. Alacriter aut iuxta simul & acriter pro Maximiliano, siue præsentè siue absente dimicauit, fideliter quoq; amicis adfuit inseruiuitq; sæpe etiam cum maximo suo damno atq; incommodo. Ac præterquam quod enumeratis iam supra pugnis omnibus interfuit, præfuitq;, ac bellicosum se, ut decuit, uirũ gessit etiã ad urbem Trebanam, ad urbem Sibentat,

Sibētat, ad nauale Cæsaris Augusti in Masilia, quòd forum Iulium uocant, fortiter manu conferta pugna uit. Phrysijs quoq; quinq; cladibus adfecit, ita prope etiam, ut intra quatuordecim dies ter cū hoste confligeret, tandemq; uictor existeret. Iam & obsessum in urbe Veronica Henricum hunc Misniae duces uxoris fratrem expugnata urbe tantum cohorte sua nemine alio adiuuante liberauit, ut si quis supputaret, & quòd ego non semel ex ore ipsius audiui, amplius duodecies in acie stetit, collatis signis dimicauit, cominus cōfluxit, hostem fudit, ac uictor abiit. Quarum uictoriarum signa etiannum quædam atq; indicia Munda in sacra æde uisuntur, ut quam uictorijs suis maxime letari arbitrabatur, apud eā quoq; monumēta uictoriæ collocata cōspici uellet. Plusquā uigesies pinnacula murosq; hostium ipse cōscendit, inuasit & euicit. Verum tamen non ultra quinq; noxia et letalia uulnera, inter quæ illud de quo supra retulimus, ferè periculosius erat, reportauit. Gerebat adhuc bombardæ globulū sub axillæ & brachij pellem, quo iactus erat in conflictu. Et hæc omnia feliciter, tamen & pro Maximiliano Cæsare suo atq; amicis. Sed ò fortuna humanarum rerum domina, quam nūquam perpetuo es bona. Cæsare iam mortuo quidam ex uicinis potentioribus, inter quos Hildesheimensis præsul atq; antistes erat primarius: siue ut principem nostrū subuerterent, siue ut Caroli quinti electionem

electionem impedirent, occasionem sibi oblatam per-
 tabant. Etenim iam diu collectis odijs atq; inuidia ple-
 ni, cum sciret principi nostro in Cesare tantum præ-
 sidium esse atq; refugium, ut illo uiuente adhuc &
 superstitite non auderet id quod liberet, moderari iam
 suam insolentiam ac crudelitatem non poterant, quin
 diuo Maximiliano satis sublato in principem nostrum
 impetu facto irruerent. Ac cum uiderent antistitem
 suum Capitulares illi, seu potius Capitales & nomine
 tantum Canonici, reuera autem ministri atq; satelli-
 tes cupiditatum, & furoris illius, impotentia animi
 atq; effrenata audacia in nostrum principem ferri,
 tantum abest ut quod ab alijs nonnunquam Capitulis
 prudentibus et moderatis fieri solet, uel à temeritate
 illa auerteret, uel aliquo modo impedirent, ut etiam
 frigidum illi (quod dicitur) egregie suffunderent,
 ac faces oleumq; flammæ admouerent: ceu quadam
 incredibili ad belligerandum atq; insultandum libi-
 dine tracti. Fueruntq; planè, quod Græcis in prouer-
 bio est, τὰς δειστρούας αἰ κύνες μιμνύμεναι,
 hoc est, dominas imitantes catellæ. Quandoquidè nec
 æquitatis ullam, nec iusti boniue rationem sibi cum
 præfule suo habendam putarunt: etiam si princeps no-
 ster causas omnes simultatum & controuersiarum,
 quas isti præ se ferrent, à populo & ditione tota co-
 gnoscendas seu decernendas proponeret. Quinimò
 contra placita & pacta uetera & antiqua à maiori-

bus ac præcessoribus, tam illorū quàm Principis nostri inita, & utrinq; data fide, atq; Sigillis firmata, Præsul cū suis bellatoribus Canonicis ad arma profilire potius, remq; ferro decernere maluit. Tantam nimirum, tamq; subitam ac insperatam sibi non solum digladiandi occasionē, sed etiam uictoriā ipsam ex obitu Imperatoris optimi Maximiliani, cum iam interregnum esset oblatam fore existimabant. Ad eō prænesaria belli cupiditate, neq; officij sui, discriminis aut periculi, neq; pietatis, neq; humanitatis rationem habuerunt ullam, nec in eo quod monebatur, offerebaturq; nec in eo quod rogabatur, equitatem anteponendam putarunt superbiæ atque crudelitati suæ. Nam utiq; uerum est, nec ipse Episcopus atque Capitulum salua conscientia inficiare unquam poterunt, quin proximè ubi Romanum Imperium morte diuī Maximiliani uacaret, Antistes ipse Hildesheimensis auxilio Henrici ducis Lunenburgensis, ac bellicosi superbiq; Capituli sui persuasione atq; instigatione, maximo militum et equitum numero conscripto atq; collecto: etiamsi illo tempore ueluti princeps Imperij pacem eius & tranquillitatem spectasse, salutemq; conseruasse debuisset, ad arma ultro profiliit. Ac ita primum Reuerendissimum illustrissimūq; dominū Franciscum Administratōrē Mynensem principis nostri agnatum inopinato contra ius gentium, contra sacri Imperij ordinationem, au-
 reamq;

reanq; Bullam, & communis pacis promulgatam
 constitutionem in sacra hebdomada, cum à Christiano
 populo meritum & passio Christi saluatoris no-
 stri, per uniuersum Christianũ orbem religiosius ali-
 quanto, quàm alio tempore meditari, & suũ reatum
 Christiani homines agnoscere præcipue atque luge-
 re soleant debeantq;, ui publica armisq; inuasit. Ci-
 uitates, oppida, arces, uillas eius, & quicquid ta-
 lium esset, quicquid ibi offenderat, arripuit, afflixit
 ac perdidit. Neq; hoc tanto tamen facinore conten-
 tus, mox ea ipsa ui uiolentiãq; sua in fines quoque ac
 ditionem principis nostri sese conuertit, eamq; ex
 improviso nulla occasione data, nulla præmonitione
 facta, dissimulato quem peteret, nullis (quod Plato
 uocat $\tau\acute{o}\lambda\epsilon\mu\rho\nu\ \acute{\alpha}\kappa\eta\rho\nu\kappa\tau\omicron\nu$) scialibus missis, nec
 more, iurẽue belli obseruato, non repetitis rebus, nõ
 bello indicto, quod à maioribus nostris usurpatũ est,
 & inter barbaros etiam fieri solet, tempore quoque
 sacro. Et quo id à sacerdote adeoq; Episcopo minus
 expectaretur, ne quid spacij ad circumspiciendũ op-
 pressis esset, nulla iniuria lacepsitus, magna latruncu-
 lorum cohorte, nõ confinia ac uicinia modo ditionis
 huius, sed ipsam mediam inuasit, incesit, afflixit, ex-
 arsit, atque diripuit. Oppida uicosq; circum circa
 quaquã cum exercitu uersum iret uastando flagran-
 do, arcesq; etiam oppugnando, atque omnino depo-
 pulabundo similis. Dixisses nõ Episcopum fuisse, sed

Quo ritu
 res olim re-
 petebãtur,
 & quæ bel-
 li indicen-
 di ceremo-
 niã fuerit,
 uide Liiiiũ
 lib. 1

expilatorem ac latronem, non pastorem sed prædo-
 nem, tam seuitum est undiquaq; atrocissime. Nam
 per sese opulentus & factiosus Episcopus, ac quorum
 dam potentium conspiratione audax, sui uerò Capi-
 tuli & Canonicorū præcipue nefario impulsu per-
 citus, adeoq; immanis, nil nisi excidium ditionis hu-
 ius in animo habebat ac meditabatur. Itaq; oppida,
 munitiones ac uillas aliquot ea ui atq; furore expu-
 gnauit, incendijs & rapinis uastauit, miseræ agrico-
 larum facultatulas misere perdidit. Nec plebem mo-
 do, uerum etiam sacerdotes sacramēta Christi in suis
 manibus gestantes, seq; illis tueri conantes, truculen-
 ter occidit, sacra loca, templa ac monasteria spolia-
 uit, deuastauit ac prophanauit, nec quidem ipsis Ec-
 clesiæ sacramentis, aut uestalibus uirginibus peper-
 cit. Et quamuis huic uiolatori pacis Episcopo, suisq;
 affectis ab optimo illo ac illustrissimo principe ceu
 tunc imperij uicario, Friderico Saxonie Electore
 pax indiceretur, tamen hoc ille contemnendo asper-
 nandoq; surda aure præterijt, ita ut tum demum post
 indictā pacem, quasi antea nihil patraffet, ceu æstro
 percitus, ad grassaturam magis magisq; rucere uisus
 sit, prouinciam hanc populumq; misere uexando, po-
 pulando, molestandoq; donec principi nostro eiusq;
 affini duci Henrico arces oppidaq; eripuerit, solo
 æquarit, ac conflagrarit, an ita fortasse inuictissimi
 Imperatoris nostri Caroli Quinti electionē, ut antea
 meminimus,

meminimus, quæ in illa ipsa tempora inciderat, impedire potuisset, quemadmodum hæc res postea Vuor-
 maciæ in Comitibus coram Cæsare, principibus ac sta-
 tibus manifestata est ac patefacta. Cum itaq; uidisset
 princeps noster Episcopum, nec pacis nec æqui bo-
 niue rationem habere ullam, eumq; nil nisi ditionis
 suæ ac suorum exitium in animo habere ac medita-
 ri, adiuncto sibi Henrico duce tanquam ex fratre fi-
 lio ac feudatario, ad propulsandam iniuriam natu-
 rali defensione iustoq; dolore perductus, patriam
 tueri atq; defendere conatus est. Nihil enim hac illi
 carius unquam fuit. Itaq; milites conscripsit, equites
 adduxit, subditos conuocauit, castraq; metatus est.
 In summa constituit conserere manus cum hoste su-
 perbißimo atq; inquietißimo. Quod ubi ille conspe-
 xisset, arcem, quam obsederat, Calempyrghum, prin-
 cipis nostri, reliquit inuitus ac discessit. Quanquam
 autem hoc tempore ob lectum exercitum in potesta-
 te nostri principis fuisset, præcipua hostis oppida, ar-
 ces, ac munitiones aggredi atq; expugnare, tamen
 ob mandatam à Friderico pacem, etiam si laceßitus
 ac prouocatus ad tuitionem esset, à ui tamen ultro ab-
 stinuit, quod maioris pacem quam hostis improbita-
 tem uiolentiamq; faceret, seq; ad ditionem ac dicece-
 sim Verdensem uertit. Et hic quidem fortuito utrin-
 que concurrüt noster & hostis. Ventum est ad arma
 iniquo loco, & antequam nostrorum aduentasset exer-

citus præsertim equestris, ac priusquam acies ulla à
 nostris instructa esset, impetu in primos factò ab ho-
 stibus, inter quos Erice pater tuus erat, qui ut forti-
 ter constitit, sic qui post principia erant, fuga fisci
 sese in pedes conijciunt, sibiq; ita consulunt. Et ecce
 cum illos iam secuturos se putaret pater, medios ipse
 inter hostes cum paucis satellitibus armis obruitur, à
 socijs desertus. Nec desistit tamen hostem, qua licet a-
 cerrime petere atq; extrema experiri, seq; fortissi-
 me tueri ex equo, donec irruentiũ ui undiq; circum-
 septus atque etiam uulneratus, non minanti quidem
 ulli aut pulsanti, sed tyroni cuidam equiti, quẽ forte
 sibi obuium inter confligendũ habuit, nihil minus su-
 spicanti sese ultro dederit, ac uectus sic est Cellam,
 tentusq; liberali & principe digna custodia, dũ duo-
 decim milia aureorũ λύτρον seu redemptionis præ-
 cium prædicto Luneburgẽsi duci exoluisset. Res hæc
 Cerbeti transacta est illustrissimo illo ac prudentissi-
 mo principe Saxonie Friderico arbitro seu media-
 tore. Verum infelicem hũc & indignũ casum ne cul-
 pæ Erice patris tui an suorũ, aut fortunæ uerius ad-
 scribendum putarim, non satis teneo. qui tot magnis
 & atrocibus extra, sed feliciter gestis bellis ac poti-
 tis uictorijs pro patria tandem dimicãs, ceciderit. At
 qui nemo, ut præclare Cicero dicit: fortunæ felicita-
 tem de se ipse præstare potest. Existimant nonnulli
 qui interfuerũt, si quos decebat, patrem secuti fuis-
 sent,

Itali Taleã
 uocant.

sent, & in acie constitissent, eoq; animo quo pater, dimicassent, Martis aleam longè aliter casurã fuisse. Quemadmodũ autem in C. Cæsare fugientem exercitum sistente, insignis fortitudo cõspicata est, sic fortitudinis summæ argumentum in patre fuit, quod uel cum paucis militibus hosti se audacter opponere, quàm cum magno & de genere exercitu turpiter fugere maluerit, seq; milies moriturum potius, quàm ut tantũ dedecoris in sese admitti pateretur, etiamsi non imprudenter à Demosthene dictum sit: Virum fugientem denuo pugnaturum esse. Quem non tam sequi maluit Princeps noster, quàm Agefilaum illum Græcorum Imperatorem, quem historiæ prædicant, quoties cum hoste cõfigendum esset. Primũ omnium in aciem (quem morem etiam ueteribus Germanorum Imperatoribus fuisse Cor. Tacitus autor est) prodissse, nec unquam de fuga meditatũ fuisse, & ob id quoq; mirifice dilectum à patria populoq; suo. Quod & idem de Alexandro memoratur primo loco semper periculis se obiectante. Cum autem omnibus in rebus casus (ut inquit Ouidius) in cõuentu est, & fortuna dubia atq; incerta, tum in bellis præcipue, nõ est hic casus & fortuna tam infelix funestaq; ducẽda, quàm uirtus Principis nostri fortitudoq; laudanda, qui quod potuit ac decuit, pro patria fecit ac præstitit, etiamsi eius uirtuti non responderit successus. Est enim heroicum maximè & laude plenum

quod Hector apud Homerum ait, εἰς αἰώνος ἀγέισος
 ἀμύναδαί τε πρὶ μάχης. Hec pugna autem quā=
 quam non pauci ceciderunt, tamen cum & noster
 exercitus nondum aduentasset, & pleriq; initio fu=
 gam capesserent, minus cruenta fuit, praesertim cum
 princeps noster, ceteriq; primores mox ab ingresso
 conflictu ab hostibus caperētur, inter quos erat quo=
 que Guilielmus dux Brunsvigensis Henrici frater.
 Neq; uerò exigua spolia ex hac uictoria retulerunt
 hostes, cum praeter armaturam nostrorum opesq;
 etiam singulorum corporum captiuorum censerentur.
 Hinc iusta ratione ac pietate ductus cum erga
 patrum, tum fratrem suum germanum dux Henri=
 cus, denuo sibi militares copias quascūq; in tanta tre=
 pidatione ac celeritate habere potuit, ad illorum li=
 berationem acciuit. Nec uanū hoc fuisset institutum,
 nec inutilis conatus ad istorū absq; omni iactura re=
 demptionē, ni huic facto tres illi praestantissimi prin=
 cipes Electores sese interposuissent, ac ceu mediato=
 res, ne plus quàm antea factum esset, sanguinis huma=
 ni effunderetur, ac altera pars omnino ad interniti=
 onem profligaretur, intercessissent, Albertus Mo=
 guntinus Archiepiscopus, Fridericus dux Saxoniae,
 & Ioachimus Marchio Brädenburgensis. Hisce ni=
 mirum intercedentibus copiae ac milites rursus di=
 missi sunt, & res cum Episcopo atq; Capitulo coram
 illis tribus ceu arbitris tractari coepta in hunc mo=
 dum:

dum: ut si qua minus hi forte cōponerent, Cæsari potestas esset hanc causam sua sententiā decidere ac definire, ueluti hæc tota controuersia speciali quodam compromisso à dictis principibus arbitris complexa est ac comprehensa. Atqui dum ista Cerbeti aguntur, qui locus ad eam rem designatus erat, ac ceu foro contradictorio disceptarentur, uenit ex Hispania Cæsar in Germaniā, adeoq; Coloniam Agrippinam, quo utramq; partem, ipsumq; Henricum maiorem ducem Luneburgensem ad se clementer uocauit, iussitq; ut utrinq; cum actis causæ proximis in comitijs Vuormaciæ coram sua Maiestate, & cæteris principibus ac statibus cōparerent. Fecitq; potestatem Cæsar principi nostro, ut citra iuramenti sui, quod in pugna captus præstiterat, uiolationem, quantum damni atq; incommodi in hoc bello ab Episcopo eiusq; Capitulo ac duce Luneburgensi perpeffus esset, referret. quod tanta dexteritate atq; decore principum corona circumseffus fecit, ut nemo rectius meliusq; potuiffet. Auditis igitur utrisque partibus Cæsar, ac cognita causa, cum illas nec amice tunc pacare, nec sententia diffinitiuā propter alia grauißima imperij negocia atq; impedimenta dirimere posset, pacem interim dum id quiret, utriq; mandat atq; decernit, ne quis eam sub proscriptionis pœna uiolet transgrediatur. Quo decreto etsi Princeps noster sese uehementer grauatum sentiret, ut qui & lesus & spo-

liatus & captus fuisset, tamen ne qua uoci Augustali
 minus se cum Henrico duce agnato suo obsequentem
 præstaret, consensit lubens uolensque ac ratum id om-
 nne habuit, quod Imperator decreuisset, existimans
 idem quoque facturos fuisse aduersarios. Verum lon-
 ge secus accidit, proque animi sui impotentia atque libi-
 dine Episcopus multifariam uoluntati atque mandato
 Imperatoris obstitit ac repugnavit: uidelicet capti-
 uis rursus multatis & in grauiora etiam uincula
 coniectis, ne alia cōmemorem innumera. Nihil enim
 minus quam pacari hos motus aut pacem cōstitui uo-
 luit Episcopus bellator. Proinde etiam cum Cæsarea
 Maiestas sibi expugnatas arces ac oppida interim
 donec res hæc plene atque ex integro transigeretur,
 credi uoluisset, noluit morē gerere, nil nisi belli per-
 petui cupidus, tantæ arrogantiae atque superbiæ Episcopus,
 ut suam ipsius uoluntatem atque libidinem uni-
 uersæ Cæsareæ Maiestati, reputationi, autoritati,
 præminentiae, excellentiae atque iudicio ante ferret.
 Tam uerum est quod apud Comicum ille ait: homine
 imperito nec unquam quicquam iniustius esse, qui ni-
 si quod ipse facit, nil rectū putat. Quocirca percus-
 fori Episcopo atque insano etiam accidit, quod com-
 munitè talibus solet accidere, qui, ut in eo percant,
 amant periculum. Hunc enim fastum incredibilem at-
 que insolentiā erga se suumque decretum cum uideret
 Cæsar, ad statutæ declarationem aduersus inobedien-
 tem

tem, pacisq; uiolatorem Episcopum procedi iussit. Ac huius poene executionem in clyto regi Danie Christierno, nostroq; Principi ac suis mandat. Qui non ut ille iniusto in opinatoq; bello, sed recto apertoq; Marte ac legitimo certamine, tam prodigiosam arrogantiam atque contumaciam aduersarij tandem fregerunt, ita ut & sua recuperarent, & de sede illum deturbarent atq; eijcerent, plane iuxta illud uetus dictum: Dedi malum & accepi. Parumq; absuit quin uniuersam illius dioecsim occupassent, nisi iam olim Princeps noster in tot bellis ac cladibus moderata uictoria uti didicisset. Est enim boni uictoris non solum sibi ac socijs consulere, uerum etiam superatis hostibus temperare. Adeo lacescere quidem bello semper facilius est, quam uincere. Et quia non minor uirtus esse à prudentibus existimatur, tueri parata quam quærere, quemadmodum præclare Demosthenes ait, πολλὰ κίς δὲ χαλεπώτερον εἶναι, Episcopus & sui sectatores Canonici (qui fortuna & secundis rebus fracti, factiq; fuerant multo superbissimi atque insolentissimi) non solum priuatim sibi nihil neque opum, neque dignitatis pepererunt illo tanto ausu, sed & iam longe à maioribus accepta bona intolerabili audacia atq; temeritate amiserunt: quorum etiamnum Erici dimidiã retines iustissimo titulo partem. Acquisiuit enim illa legitimo bello ac summa uirtute

pater

pater potestatis superioris autoritate ac iussu, ditionem suam, & patriam ab iniuria tam contumacis & superbi hostis tuendo. illamq; quassatam, concussam, & propè in cinerem redactam rursus ceu ab interitu uindicando. Hocq; factò uerè ciuicam, qua nulla apud ueteres honestior fuit, coronam meritus est. Cum enim hostis ille, & contra naturale & diuinum ius (uult enim diuus Paulus omnem animam potestatibus sublimioribus subditam & obsequentem, adeoq; Episcopū non $\omega\lambda\eta\kappa\tau\eta\nu$, sed $\alpha\mu\alpha\chi\omicron\nu$ esse) arma prior sumpsisset, bellaq; præter æquū & bonū nostro Principi intulisset, meritas audacie suæ pœnas Deo ultore persoluit. Vtrum aut in hoc hoste superbiam prius memorem, an crudelitatem? Sine dubio crudelitas grauior est, atq; atrocior. In quem tamen nō ante retundendum processit Princeps noster, quàm ubi omnes allegationes apud illum difficiles, omnes iuris & æquitatis aditus non interclusos modo, sed & planè reiectos atq; contemptos uideret, apud quem non ius, æquitas, non misericordia, non uicinitas, non bonorum uirorum ac Principum intercessio, non amicorum uoluntas, non cuiusquam ne Imperatoris quidem autoritas, non religio ipsa ualeret, sed qui statuerat ipse cum suis præfractis Canonis & Capituli id sibi optimum esse factu, quod ipsis uenisset in mentem, præferre bellum paci, Principes nostros armis obruere, patriam populari ac deuastare.

deuastare. Nunquam profecto in quenquam uicinum Princeps noster ante hunc hostem tam exarsit: hunc deniq; ipsum pertulisset, si humano modo, si usitato more, si deniq; uno aliquo in genere peccasset. Sed cum perferre nō posset, nec deberet tantam istorum insolentiam, contumaciam, contemptum, crudelitatem, superbiam, iniurias, cum omnia sua commoda, iura, beneficia, illorum scelere ac malignitate perdidideret, hoc statuit, præsertim cū à Cæsare ipso præceptum esset, aut horum iniurias legitimo bello ulcisci ac persequi, aut si ope auxilioq; iuris desitueretur, urbes ac sedes suas relinquere. Est ergo hic hostis sic, & ob intolerabiles iniurias simul, & ob imperatoria decreta, ob imperata, ob iudicata impudenter ac superbe aspernata atq; contempta, non ab hominibus, sed à Dijs ipsis fractus, punitus atq; deiectus. Hinc iam postea necessario adductus pater tuus Ericus, castra, arces, oppidaq; maiori cura atq; impendio instaurare, rursusq; communiere, quæ hostis ille inuaserat ante, incēdijsq; cōflagrarat. In quibus, cum iam grandior natu esset, & à bellis ultro feriretur, sedulus fuit, ingensq; studium collocauit edificandis & construendis, nec ueteres modo arces quasdam ab hoste concussas reficere & instaurare satis habuit, uerum etiam nouas ex fundo atq; integro conspicuas iuxta ac firmas edificauit atq; extruxit, cum in perpetuam sui nominis ac ceu trophæi cuiusdam

cuiusdam memoriã, tum in necessariam ac utilẽ pro-
 uinciã huius propugnationem. Eximiam enim rem
 ac dignam principe existimabat, esse uel conuulsa ac
 diruta erigere & instaurare, uel de integro specta-
 bilia & excellentia opera extruere atq; firmare. Id-
 circo præter illas eximias arces Calempyr gum, tunc
 etiã ab hoste inexpugnabile, præter Coldingam, &
 Neostadium, uallo, aggere, murisq; nouis ac firmissi-
 mis cinctas ac communitas, etiam Ericipyr gum, quã
 de suo nomine ita appellauit, nouam ac munitissimã
 sic ex fundo eduxit parauitq; ut certa atq; inexpug-
 nabilia patrie propugnacula, & subditis tuendis ceu
 quedam aduersus uim hostium asyla uideri possint.
 Ne quid de Battensensi oppido loquar, quod si quem
 admodũ à patre inchoatum est, abs te perficitur, sin-
 gularis ac fortissimæ munitiois loco haberi merito
 queat. Atq; hæc opera quidem magnifica & impen-
 diosa non ad ostentationem & luxum, ut fortasse alij
 quidam uanitatis studiosi ac sumptuũ prodigi Princi-
 pes nunc solent, sed ad totius patrie populiq; salutem
 ac tuitionem educere uoluit & confirmare, quòd in
 salute suorũ ac Reipub. suam quoq; salutem repositã
 esse existimaret. Neq; enim satis sibi putabat illã be-
 nefactorũ ac rerum gestarum tantis sudorib. apud di-
 uum Maximilianũ adeoq; in uniuerso Germaniæ reg-
 no partam famam ac laudem (ob quæ merita etiam-
 num quotãnis donec uiucret ex Augustali fisco hono-
 rificum

rificum munus sumebat) apud posteros sufficere, nisi
 etiã his monumentis erigendis patriæ & hereditibus
 prodesset. Turpe enim putabat senes languere, seq;
 prorsus desidiæ dare, ut cui magis quod. Nestor ille
 apud Poëtã ait, placeret, Βουλῆ κὶ μὲνδοιοι τὸ κρεῖ-
 γερος ὄσι γερῶντων. uidelicet ut et cogitatiões suas
 exercitationesq; animi ad Reipub. utilitatem confer-
 rent senes, et iuuentuti in his recta exēpla præberent.
 Qui aut̃ honestis ac grauisimis laborib. exercuisset
 iuuentam, uirilem ætatem fortissimis factis et rebus il-
 lustribus adornasset, senectam suã quoq; ignobili otio
 torpere indignũ est ratus. Ad quod populares etiam
 operas et tributa conferre non prorsus sunt grauati,
 cũ uiderent illa non in luxum aut res leuiculas, sed ad
 suammet utilitatem ac protectionem insumi. Nam si
 quis hoc tēpore principũ alius, certe pater tuus esse
 λόντων ut in Oeconomico dicit Xenophō ἀρχεῖν,
 hoc est, uolentib. imperauit. Amabant eum sui ciues,
 quorum obseruantia et beneuolentiã, suam gloriã ex-
 istimabat, ac illorũ salute suã cõtineri. Hilarem apud
 eos magis quã elatũ, comem potius quã fastosum
 se gerebat. Et quod ego in principe laude dignissimũ
 esse iudico, suorum querelas æquo animo audiebat,
 easq; ex æquitate disceptabat. Probos laudare, erran-
 tes increpare, bonis adesse, calamitosos consolari, ege-
 nis subuenire solebat. Ex quo etiam magna in eum
 fides & constantia illorum extitit: cuius rei uel hoc
 non

ὡς ἄλλοι, non omnino obscurū est argumentum, quod cum ho-
 propugna stis ille populabundus passim contra ipsum & in suos
 culum & subditos grassaretur, & iam Calempyrghum quoque
 praesidiū. propugnaculum firmissimum iuxta ac principale,
 & quod princeps noster cellam penariam atq; nu-
 translate à tricem aulae suae nominare solebat, inuasurus esset, re-
 munitio- licētis laribus suis fortunisque omnibus coloni circum-
 bus. memi- circa, arcis tuendae conseruandaeq; cura eos maior
 nitSophoc. quam suarum facultatū iniuria tenuit. Omitto iam,
 in Tyrāno. cum ingentes illi ac horribiles Rusticorū motus pas-
 sim in Germania superiori tempore existerent, ac
 multa milia non uno in loco caderentur, non hic ne-
 minem suorum, neq; trāquille ipse domi uixit modo,
 sed & alijs quibusdā territis principibus contra suos
 tumultuantes foris auxilium tulit. Nec uacat plura
 iam hoc loco popularium erga ipsum studiorū exem-
 pla recensere: illud in cōfesso est, ac satis constat, mor-
 tua priori uxore, è qua nisi unicā filiolarū sustulerat
 in uiginti annorum decursu, cum ob aetatem proue-
 ctam fortasse non haberet in animo aliam ducere, o-
 mnes uelut pro patria intercessisse, atq; cōmunibus
 uotis postulasse, ut ex ipso heredē patriā, qui tu nūc
 es, pro creatū haberet, operam daret. Itaq; ad secun-
 das nuptias illustrissimae ac pientissimae dominae Eli-
 sabethae Ioachimi Marchionis & electoris Branden-
 burgensis Filiae, matris tuae iam bene acta decursaq;
 aetate perrexit, propter summam & incredibilem
 erga

erga suos & hanc patriam pietatē. Nec res ulla fuit unquam, quæ per omnē uitam ipsum exhilarârît magis, quàm ubi te sibi filiū heredem natū accepisset. Tu uideris ut & paternæ, & quàm de te omnes habemus, expectationi maximæ olim respondeas. Certe patrem de subliminibus iuxta ac infimis optimè meritum, eiusq; industriam, fidem, et integritatem, animiq; fortitudinem & constantiã, in multis sæpe magnisq; periculis pro Repub. & patria susceptis conspicuã fuisse, ac præ cæteris emicuisse palam est. Nec minus quoq; semper in grauisimis rerum maximarum deliberationibus, ingenio, cõsilio, prudentia, & dicendi dexteritate, quàm corporis robore ac firmitate præstitisse ualuisseq;: & ita ualuisse, ut ab hoc etiam Imperatore Carolo frequenter in numerū eorum cooptatus sit, quibus ardua, grauiã, atq; impedita sacri Imperij negocia, et causæ in publicis principum sessionibus & conuocationibus cõmitterentur. Audiui ipse, qui eum patriæ suæ seruatorem grauisimi uiri in celeberrima cõcione appellaret, quòd cum Austriacis ad Aenum partibus, ut iam antea diximus, præsideret. Hæq; tunc ut plurimū barbarorū incursionibus infestarentur, in summa eos rerū angustia non solum seruasset sæpe, uerū etiam amplissimis beneficijs ornasset. Ad hæc candore singulari fuit, fraudis ac doli mali inimicissimus, equi obseruantissimus, iuris quoq; iurandi religionē principi cõpri-

mis colendam ducebat, ex quo etiam apud se quam
 fidē semel dedisset Cæsari, inuiolatam ac firmam re-
 tinere decreuerat: ita ut quiduis pati potius paratus
 esset, quā datā fallere. Reguli opinor illius Romani
 in hoc imitatus fortitudinē atq; constantiā. Magnam
 enim iusiurandi uim, & quod affirmāte, et quasi deo
 teste promissum esset, id ratum omnino ac firmum,
 adeoq; simpliciter tenendum esse, existimabat, nul-
 lam admittens quærensue latebram periurio, cum et
 nullum uinculum ad astringendam fidem iureiuran-
 do maiores arctius esse uoluissent, & de nulla re di-
 ligentius, ut Cicero perhibet, quā de iureiurando
 iudicassent. Erat quoq; in ea sententia, ut de publicis
 ritibus in Ecclesia ac morib. antiquis facile quid pri-
 uatim aut temerē mutari nō existimaret: præsertim
 cum uideret hoc tēpore uulgus sub prætextu Euan-
 gelicæ libertatis intoleranda quædā admittere. Itaq;
 publicam religionis & Ecclesiarum emendationem
 postulabat & expectabat, in qua summi Principes
 & Pontifices citra bellum ac tumultum de tantis re-
 bus decernerēt, atq; cōstituerent in Christi gloriam
 ac publicam salutem. Declarans abunde ad hoc quic-
 quid opis operæq; adferre posset, id se pro omni ui-
 rili sua lubens quidem, & ex animo collaturum esse.
 Ac cum quædam suæ ciuitates ueluti Hannobrienses
 Gothingenses, & Northemij renouatam Euangeli-
 cam doctrinam ultro recepissent, & si primum non-
 nihil

nihil offendebatur, eò quod se non salutato atq; iniu-
to fecissent, tamen Principum et Episcoporum quo-
rũdam, qui suos ciues ac subditos propterea grauis-
simo odio prosequerantur, ac poenis etiam ob id ad-
ficiabant, exemplum minime est imitatus: etiam si à
quibusdam, qui uel iuxta Synesiũ, τὸν οὐρανὸν ἐφα-
πτόσεν, ἢ αὐτὶ πτόσεν πρὸς τὰς Βροντὰς,
ut est apud Comiciũ, auderent, nec raro nec leuiter
instigaretur. Sed ut maximo & fortissimo animo e-
rat, in his sese ipse contra istorum uoluntatem ac im-
petum ita cohibuit, ut in talibus nihil unquàm atro-
cius tamen aut crudelius admittere uel statuere uisus
sit. Aut si qua etiã in his culpa forte tenebatur erro-
ris humani: homo enim fuit, ac humani nihil alienũ à
se putauit, à scelere tamẽ abesse procul uidebatur.
Iã et auersabatur plurimũ ac ægerrime scerebat mu-
tuas illas Principũ criminationes, tã ubiq; insolenter
editis libellis in imperitã plebeculã ac uulgus spargi
nouo atq; insolito, ut ipse dictitabat more, ut aiceret
Germanos principes hoc modo externis quoq; natio-
nibus suarũ rerũ et controuersiarũ ignaris ipsos sese
deridẽdos obtrudere. Vixq; fuit alia res, quæ cũ hoc
tempore magis turbaret, quòd indignam Germano-
rum Principũ, tanquàm fortiũ herouũ nomine ac mo-
ribus arbitraretur, & radicẽ perpetui ac Vatiniiani
(quod dicitur) odij in clarissima stẽmata agere existi-
maret: culpã uerò in neminẽ tã reijciebat, quã in Scri-

bentes. sic enim eruditos ac doctos appellare solebat, quos ut artem suam principibus probarent, & multa adfingere, & modestia sepe numero atq; decori obliuisci aiebat. Itaq; inter colloquendum forte hisce de rebus mihi etiam ut homini studioso, & istorum libros uel saltem lectitanti, haud leuiter nonnunquam succedebat, etiamsi in alijs de me honorifice sentiret. Sperabat autem ab imperatoria Maestate simultates illas ac odia principum, ne quandoq; in neruum erumperent, uel a uisita illa ueteri, uel alia quadam prudenti ratione ac tolerabili medio aboleri ac sedari, ne magnum olim Germaniae malum adducerent. Proinde eo nuncio quo Imperatorem nuper in Germaniam inferiorem aduenturum audiebat, uehementer gauisus est ac letatus, sperans fore ut motibus istis omnibus imperatorio numine praesente consuleretur, et pax publica atq; tranquillitas constitueretur. Itaq; licet iam & tanta aetate (unum enim supra septuagesimum attigit annum) & non integra satis ualitudine esset, pedeque tunc forte laboraret, tamen paulo postquam mandatis, & uiatice me instructum praegasset, ipse Imperatorem Gandauium usq; seu ut alij Gessoriacum nauale uocant, proficiscens sequitur. Ommitto qua benignitate atq; clementia ab eodem ibi, Rege ite Ferdinando & Regina Maria acceptus sit, atq; complexus: nec ante Gandauio dimissus, quam Rex, cui se comitem itineris, & ob longitudinem, & propter
solis

Solis æstū molesti præsertim seni, adiungens comicia
 Spire indicta, deinde Hagenoam translata inuiseret.
 Quod eius offitiū utrinq; et Imperatori et Regi, quā
 tum ego animaduertere potui, acceptissimū fuit, atq;
 gratissimū. Rex etiā ipse non semel admiratus est fa-
 tigationē & molestiā itineris senē tam moderate ac
 paciēter sufferre et tolerare potuisse, quæ sanē in illi
 us gratiā tam pertulit lubens, ut etiā propria ualetu-
 dinis & annosi corporis aliquādo negligētior esse ui-
 deretur. Nihil hic de symposijs, de cōuiujs, et eiusce-
 modi hilaritatibus, siue lauticijs magnificis & oppi-
 paris, quibus & ipse principes regaliū sacrarum in-
 star, quæ ueteres ἑσθιασίων appellabāt, excipiebat:
 & ab illis similiter excipiebatur, dicā, in quibus ne-
 que sumptu parcebat ullo, neq; morositatem aliquā
 admittebat, sed decentē ubiq; hilaritatem, & hilarē
 (ut ita dicā) decentiā adhibebat. Quanquā autē pro-
 more facile nonnūquam excandescibat, tamē natura
 clemēs ac placabilis erat, minimēq; amarulētus. Iras-
 cebatur facile, facile item reconciliabatur, postquam
 primus ille impetus deserbuit, statim ad sese redibat,
 et cū offenso in gratiā. Etsi enim mare natura trāquil-
 lum sit, tamē uentorū ui agitari atq; turbari solet, ac
 uix ulla priuata domus est, in qua nō aliquādo tempe-
 stas oriatur, nedū in Repub. & principis aula, ut ui-
 deamus uel pacatissimos nonnunquā hominū seditio-
 forum & importunorum uocibus, & uiolentis acti-

Meminit
 Eras. in pro-
 uerb. Im-
 molare bo-
 ues, quod
 de magnifi-
 co appara-
 tu.

bus concitari. Non parcus, nec tenax fuit, ne in senectute quidem. In familiari eius congressu mira quædam ac singularis suauitas, morumq; facilitas, urbanitas, & faceta in sermone, magna ingenij argutia, mentisq; acrimonia. Splendide domi ac frequenter conuiuabatur, ac sic quidem diutissime senex fuit, & in ipsa senectute præ cæteris floruit. Iuste etiam ac scienter rem familiarem administrabat, & cū sæpe iam istis temporibus annona ingrauesceret, subditos adiuuabat, relaxabat, census mitigabat. Hinc non Principem, sed patrem suum appellantes ciues, pollebantur ei uicissim quicquid uirium superesset, neq; corpori, neq; sanguini suo parcituros esse. Dolendum erat optimū Principem calamitosissimistemporibus et uaria bellorum fortuna iactum atq; exercitum: tandem etiā in inextricabiles illas scænerorum Syrtes, Scyllas & Charibides, adeoq; in ipsas harpyas imegisse, ut parum abfuerit, quin è grauissimis oppignorationibus uix uaquam emerisset, nisi subditorum ciuium obsequiosissima propensio in hoc molestissimo onere ferendo ei succurrisset, & prouintiā iam tum leuandi ab hoc multipliciter implicito, & ingenti pensionum grauari ne tandem cõsiliū cœpisset. Etenim quisnā tam abstrusus usquam nūmus fuit, quē nō architecti isti usurarum olfecerint, prouintias, ciuitates, Principes, reges deniq; exhausserunt. In quos recte quadrat illud Flacci: Non missura cutē, nisi plena cruoris hirudo.

Tandiu

Tandiu enim uersurā facientē retinent, donec ut Sa-
tyricus inquit, deceptus et expes Nequicquam fūdo
suspiret nūmus in imo. Romana plebs olim cū alieno
ere oppressa à creditorib. graui nexu stringeretur,
in montē sacrū pro cōsequenda libertate cōfugisse di-
citur. Hic quò confugeret, nisi ad suos, quos uita ipse
sua factisq; fortissimis nō semel redemerat? Pulchra
igitur & laudabilis uicissitudo est, cū Principes sub-
ditis rectē præsunt ac patrocīnātur, ipsi cōtra in ne-
cessitatibus fideliter à subditis adiuuātur ac subleuā-
tur. Ceterū nō magnā equidem dissimilitudinē inter
Richardū Treuirorū antistitē Moxenatē quondam
meū & principē nostrū fuisse existimarē. Hic enim
etsi ex antiquissima Brūsiuigensiu ducū prosapia or-
tus, ille uerò ex nobili Volratensiu familia satus, nec
utiq; par generis dignitas esset, tamē in sua prouin-
tia atq; repub. utrūq; optimū et prætātissimū Princi-
pē fuisse, et multos maximosq; ad suorū defensionē la-
bores suscepisse, tū in magna uita diuersitate fortunæ
quadā similitudine usus fuisse, certū est. Nā ut auda-
cissimā nobiliū et bellicosissimorū hominū factiōnē,
qui aduersus eū cōspirauerāt et hostilē exercitū Frā-
cisco duce coegerāt, expedierātq; acerrimo et inui-
cto animo arcuit atq; depulit Richardus, nec depulit
modo, uerū etiā debitas ab hoste pœnas arcib. eius de-
molitis, exegit. ita pater tuus cōtra eū qui suā ditionē
infestis armis euertēda diripiēdaq; inuaserat, ui iusta

bello insurrexit, ut & ea quæ amiserat cū laude recūperaret, & quicquid ille habuit bona ex parte occūperet. Porro Richardus propè quinquagenarius & ceu inuitus per electionē coactus ad res magnas atq; difficiles peruenit, easq; deinde optime & cōstantissime administravit. Ericus cū in patria gubernare potuisset, propria magnitudine desiderioq; capeffendæ gloriæ ad fortia facta ab adolescentia aspiravit impavidus. Quam uerò hoc honestū, quod ambo bellū patriæ illatū omnibus nervis ac uiribus abegerint, seditiones cōcitatas pacauerint. Vtrunq; autē ob insignē animi magnitudinē, incredibilem fortitudinē, & cōsistorū actionūq; cōstantiam & grauitatē, præcipuo & singulari fauore & gratia profecutus est Maximilianus Imperator. ita ut in maximis deliberationibus Richardo præfule, in periculosis actibus patre tuo sæpe uteretur: hūc ut belli socium, illū ut cōsultorē ueneratus est: hunc amauit, illū suspexit: hunc coluit, illū obseruauit, Deniq; ambos in summo amicitie gradu apud se esse uoluit. Itaq; etiam utriq; ob uirtutē officia & merita, quæadmodū & Carolus Imperator nepos illius de suo thesauro ærarioq; honoraria stipēdia cōstituit atq; dependit. Eadem propè modū corporis statura fuit, idē faciei decor, grauitas & dignitas summa. Vox quoq; paulū ad raucedinem deflectens, uerè heroicus animus utriq; & in aduersis periculisq; firmus, fortis, minimeq; deiectus. Quidē liberalissimi

liberalissimi ambo, ita ut in Maximiliani, qui omnium Imperatorum sine periculo existimationis (quemadmodum Africanus ille) fuit liberalissimus, aula ac mensa à teneris enutritos fuisse diceres. Cum enim aliquando ut eo forte gratiam præ cæteris aucuparet, Suffenus quidam de moderando uictu aulico ac ordine constituendo apud Richardum disceptasset: Apage inquit, cum tuis sordibus, sine ut qui tibi non modus aut ordo esse ut deatur, nobis sit modus et ordo. Quod æquissimum ac uerissimum ordinem aliquando eum censeret, non obseruare plenum et summum illum ordinem in conuictu. Ericus uero tuus pater quam non beneficentiam et liberalitatem coluit atque exercuit? Nemo fuit eo in collocandis beneficiis, in excipiendis alienis seu hospitibus, benignior atque alacrior. Noni qui ab eo humanissime accepti ac tractati honorificis quoque muneribus sint dimissi. Uterque senex in ædificando maxima impensa fecit. Verumne prolixior sum, commemoratis obiter uita ac moribus, rebusque gestis patris tui, pauca nunc quoque de eius obitu percensebo. Ac principio quidem corporis habitus integrior adhuc uegetiorque apparebat, quam ut uel ætas illa, uel leuis morbus, aliquis de statu eum facile deijcere posse uideretur. Erat enim optime ac fortissime (ut ita dicam) nature et ceu compacti ac solidi corporis, sanorum ac robustorum membrorum, quam obrem neque febricula statim, neque ægrotudinem exigua noce re sibi potuisse, compertum sæpe atque exploratum habe

bat. Itaq; ad extremū etiā animi uigore fuit præstans
 tiſſimus, nec mortis perſuaſionē iam tū ingruentis ad
 mittebat, ſed eius opinonem ex animis noſtris quoq;
 cum ægrotantem ipſum circūſtarem ac doleremus
 eximere conatus eſt ſermone forti ac confidenti. Indu
 xerat enim in animū cum & res ſuas apud Cæſarē ex
 ſententia perſeciſſet, et honorifice ab eo dimiſſus eſ
 ſet, Regē itē benigniſſimū ſibi ac fauentiſſimū offitio
 ſuo reddidiſſet, ut ea ætate tantos uix labores & æ
 ſtus, moleſtiāq; perpeſſus, iam nūc domū in patriā ad
 uxorē, ad liberos, ad te filiū ſuū chariſſimū, ad ſub
 ditos expectatus rediturus eſſet. Verū id longe ali
 ter accidit. Venit enim ſumma dies & ineuitabilis
 hora eius obitus, correptus profluuiio et ſolutione uē
 tris uehementiſſima, ita ut interdium ſæpe, nocte ſæpius
 citā haberet cum ſanguine aluum, ſexto dein die, ubi
 ſeſe ad acceptā Eucharīſtiam Deo cōmendāſſet, non
 nullāq; poſt obitū ſuum exequenda mandāſſet, circa
 ueſperam, cum iā ui morbi fractæ eſſent uires, & in
 ſene morbus iſte incurabilis uideretur Medicis, le
 niſſimo genere mortis animā exhalauit. Biduū uerò
 antequām moreretur in ipſo diſceſſu ſuo decumben
 tem lecto rex Ferdinandus unā cū Bauariæ duce Lu
 douico, et Chriſtophero Tridentino epiſcopo inuiſe
 rat, clemēter illū appellādo, pieq; ac humaniter cō
 ſolando, Medico etiā ſuo Gerardo Bucoldiano uiro
 doctiſſimo poſt ſe in illius gratiā et ſalutē relicto. In
 uiferat

σμικρὰ

παλαιά.

Leuiſſima

de cauſa ca

dunt ſenilia

corpora.

Minimum

momentum

ſenes aufert

Sophocles

in Tyranno

uiferat quoq; antea eū dux Henricus Brunsvigēsis, et pleriq; regis primores, atq; præcipui. Nec cura defuit uel medicorū uel ministrorū, si quo modo ex diuina uolūtate seruari senex potuisset. Ast fati uim et inclementiam cum mortalium nemo uel mutare uel inflectere possit, legeq; hac omnes nati simus, ut tādē moriamur, & ex hac misera et ærumnosa uita ad meliorem multo et quidem sempiternā transmigremus: nec immatura morte parens tuus, nec absq; singulari bonitate Dei hoc tempore, quo multarum certe, quæ minime uellet, ærumnarū calamitatumq; si nō spectator, auditor tamē cogeret esse, euocatus sit. Ac quidem id circo luctu iam minus indulgere te nosq; addecet, quod nō dubium esse debeat, patrem tuū optimū principem in locū beatorum sublatū esse, cum & laudabiliter uixerit, & Christiane occubuerit. Ei Diij immortales uires corporis dederant, animum quoq; ijs utendi addiderant, quas non solus sibi retinuit: sed pro Cæsare, pro amicis, pro patria ac subditis liberallyter impartijt atq; distribuit. Ei parentes ditionem reliquerant, quā ipse non ex hostium faucibus, modo ac seruitute in libertatē uindicauit, sed etiā opinis spolijs & multa accessione auctiorem locupletioemq; reddidit. Itaq; & meritis ei gratias mortuo prouincia hæc atq; Respubl. tota aget, & iustissimus ab omnibus honos tanquā amatori, custodi, defensoriq; patriæ tribuatur. Ampliſsimam autē nunc absq; dubio

& honestissimā sui apud omnes, quibus unquam cognitus fuit, opinionē, & tibi quidē Erice filio ac heredi suo pulcherrimū domesticarū & paternarum uirtutū exemplū etiā ad imitandū reliquit. Esse enim illius uita tibi imago quaedā debet ac speculū politici iuxta ac militaris uiri, in quo uirtutes omnes, quæ in optimo principe desiderari possunt, emicuerē, scientia rerū gerendarū, prudentia domi forisq; , fortitudo, iustitia, clemētia, fides, pietas, quas si cæteris illis optimis & honestissimis literarū studijs tuis adiunxeris, continuoq; excolueris, non occidisse quidē patrem tuū, sed in te nobis renatū esse uerē arbitrāmur. Adeoq; quam ex illius morte acerbā ægritudinem atq; dolorē accepimus, te filio in patriam olim administrationē succedente, superstite, recteq; gubernante cum minori molestia atq; iactura deponemus. Cogitabis igitur ac semper ob oculos habebis illud quod scribit Xenophon, ἀρχοντας ἀγαθὸς δὲ αὐτὸν διαφέρει πατέρων ἀγαθῶν, ut boni filij nihil à bonis patribus differant. Nos autē ut generosam istam indolem tuā ab omnibus uitijs purā & integrā Christus saluator noster ad pietatē, ad optimarū rerū studia, ad sui nominis laudem decusq; , ad utilitatē profectūq; Reip. dirigat, foueat, gubernet, tueatur atq; conseruet, quo & Ecclesie sue nutritius, & patriæ tuæ communiq; bono utilis esse possis ac profuturus princeps, summis uotis precamur atq; exoptamus.

F I N I S.

ORATIO FVNEBRIS SECVND A

in obitum ac translationem illustrissimi Principis

Erici Senioris Ducis Brunsvigæ & Lune-

burgæ, ad Ericum filium eius Hæ-

redem, D. Iustino Globero

Iureconf. autore.

Anno M. D. XLI. XXVIII. Septemb.

ET si nullus est dolor Ericæ generosissime, quem longinquitas temporis non mollire atq; lenire soleat, tamen qui ante nōnihil subsederat, nunc iterū renouatur, ac ceu re crudescit, dum allato corpore illustriss. principis nostri parētis tui, more institutoq; maiorum cineri eius inferias agimus. Memini enim cū iam ab hinc anno superiore occūberet Hagenoæ, quāto dolore, quāta ægritudine atq; mærore tecum omnes ex illius occasu simus adfecti afflictiq; quem tūc sermone tibi, qualicumq; mitigare conabar officium meū testificando. Quādo nunc aut̄ externa illa Sepultura huc in domesticū atq; auitū monumentum transfertur, adeoq; iusta funebria in patrio solo ac loco instaurātur, mearū partium iam iterū admōnitus hæc ultima clariss. principis sacra silentio præterire nolui. Itaq; pro mea promptitudine atq; cupiditate tibi gratificandi ad hoc munus dicēdi, iam ultro accessi, nihil exoptans potius, quā ut ex uirtutibus paternis dignā, & hisce funebribus conuenientem, tibi uerō omniū maxime gratam orationē habere

bere possem. Quanquã aut uerba me prius quã res illius præclaræ destituent, ac undiq; se locuples dicendi materia exhibeat, tamen longo iam et prolixo sermone non utar, quod & illa antea ceu cõpendio complexus sim, & nunc quæ ad hoc tempus cõuenire magis arbitrer, cõprehendam. Idcirco duobus saltẽ punctis, & non pluribus, hanc, quæ mihi ad dicendum honorata, permessa est, circumscribã, ac pauca primum de his ipsis translati corporis inferijs: deinde quem nos inde fructum capere oporteat, dicam. Neq; enim illis assentior, qui more quodam tetrico ac inhumano parentes & amicos morte ademptos nõ putant, lugendos esse, hancq; Ethnicorum ac barbarorũ uirtutem Christiani quidam hodie sibi imitandam censent, ceu quandã singularem ac uirilem fortitudinem. Sed hoc quid aliud est quã truncos aut stipites fieri, adeoq; ipsam negare atq; exuere naturã, quæ et hanc legem humanæ menti indidit, & omneis lenitatis misericordieq; arteis ipsa docuit. Proinde facebant illi cũ sua apathia, qui aut nullo defunctorũ amicorum dolore tanguntur, aut se falso oninino nõ tangi dissimulant. Nos legẽ naturæ sequamur, quã sacræ literæ non abolent, imò confirmant potius, sicubi luctus ille pie ac moderate fiat. Quis aut te Erice lachrymante, sororibusq; gemëtibus, ac matre dolente hæc busta siccis oculis aut sereno uultu pergat, cum Princeps noster ditionis huius caput ac pater patriæ ceciderit? Neq;
illum

illū fortē dixerim, qui tam est duro pectore ac saxeo,
 ut optimi uiri atq; amici fata nō ingemiscat, neq; in=
 teritu eius angitur, quin hunc pium existimārim, qui
 infortuniū propinquorū atq; occasum parentū dolet
 lugetq; præsertim ratione motus illos adfectusq; gu=
 bernante ac moderāte. Nō enim sic à Dijs immorta=
 libus homines creati sumus, ut uel saxū (ut dixi) uel sti=
 pites simus, imò sensus nobis attribuerūt, corq; car=
 neū, quod & amicos amet, & inimicos odio habeat:
 quodq; doleat ac lugeat cū parentes atq; amici nostri
 aduersa patiantur, uel in arumnis eos esse uideamus.
 Quemadmodū diuus Paulus attestatur de Epaphro=
 dito fratre, collega, et cōmilitone suo ad pristinam sa=
 nitatē reduēto, ne ei dolor super dolorē accresceret.
 Et Christus seruator noster Lazaro mortuo infre=
 muit spiritu, & turbauit seipsum. Quæ exēpla indi=
 cant proculdubio piā magis esse atq; laudabilē cōmi=
 serationem de mortuis amicis, quā est illa tetricorū
 Apathia, simulataq; duricies, quæ & natura ipsi, &
 omni humanitati repugnat atq; cōtraria est. Cū igitur
 iustus hic luctus sit ac pius, qui de mortuo princi=
 pe nostro, patre tuo iam instauratur, atq; repetitur,
 obscurū quoq; minime esse potest, hoc offitiū, quod
 illustr. mater tua, Domina nostra gratiosissima defun=
 cto marito ultimū persoluit, allato corpore eius atq;
 ossibus, quo ad uetus exstructum monumentum illa re=
 ponatur. Quanquam aut ut hæc ita fierent suprema
 Principis

principis nostri, patris tui uoluntas erat, idq; in suo Testamēto cauit: tamen consiliū hoc Erice factūq; matris tuæ, & multa laude dignum est, & à maioribus ceu per manus traditum atq; usurpatū, quemadmodum paucis exemplis ab ipsa uetustate repetitis probabimus. Neq; enim frustra est, quod eximius uates Homerus ait: Nestorem, quem omniū Græcorum sapientissimū facit, suasisse, ut interfectorū corpora sicubi exusta fuerint ossa, recondantur in urna, & in Græciam reuehantur, ac patrio more ibi humentur. Idq; idē in Sarpedone Iouis filio factū perhibet: ossa nimirū illius de externo loco in patrium solum fuisse trāslata. Quod & Maro secutus atq; testatus est, ubi de more expiandorum manium, qui non perfuncti erant legitimo funere hunc in modum canit. Ergo instauramus Polydoro funus, & ingēs Aggeritur tumulo tellus, stāt manibus aræ Cæruleis mœstæ uittis, atraq; cupressō, Et circum Iliades crinem de more solutæ Inferimus tepido spumantia cymbia lacte, sanguinis & sacri pateras, animamq; sepulchro Condimus, & magna supremū uoce ciemus. Porro sepulcrorum transferendorū ratio atq; celebritas nō solum uetustissima est, uerū etiam oraculis quondā ad salutem quorundā demonstrata fuit, ut autor est Herodotus. Cum enim Lacedæmonij olim semper in bello à Tegeatibus repellerentur, missis Delphos cōsultoribus oraculū sunt sciscitati, quēnam Deorū placarent
ut

ut Tegeatum uictores existerent. His Pythia respondit, id fore si ossa Orestis Agamemnonis referrent. Cuius urnam cum nequirent inuenire, rursus ad Deum mittunt de loco suscitatum, in quo situs Orestes esset.

Hæc nuncijs int'errogantibus, ita Pythia inquit:

Est pars Archadiæ Tegeæ in regione patenti,
Hic duo stant uenti ui peruehemente coacti
Forma hostis formæ, & plagæ super addita plaga,
Hic Agamemnonides terra omniparente tenetur,

Quo tu sublato Tegeæ sperabere uictor.
Ut autem ueteribus & gentilibus relictis ad recentiora & Christianæ pietati magis conformia ueniamus, etiam Constantini Magni & meritissimi Imperatoris ossa traslata fuisse constat, quod deinde idem & in Bauaricis & Misnensibus principib. usurpatum est, ita ut etiam uxoris suæ corpus aliò quàm uellet loco se absente humatum Conradus Misnensium princeps, eò quò ipse cupiebat, reposuerit. Nec libet iam alia id genus similia persequi: quin & nuper quoque illustrissimi principis Eberardi Ducis Vuirtenbergensis, huius Vlrici patrui (quem se uidisse patrem tuum, Erice, memini dicere) ossa cineresq; ex obscuro loco ad frequens & conspicuum monumentum magna laude ac celebratione traslata sunt. Quæ exempla maioris ego facio, quàm leuissimas quorundam nenas atque contumelias, quibus eiusmodi transferendorum corporum morem religionemq; animo sedet ridere, Diogenico modo. Pij autem

tem et Christianis hominibus circa has res alia mens; alius animus esse debet, quàm Ethnicis illis, siue sint Stoici, siue Epicurei, siue utrisq; deteriores Athei, qui aduersus etiam naturæ leges, quod ius diuinum est, immanitatem quandam inducere non uerentur. In summa, siue mors ipsa, siue sepultura mortuorum, non tantum nos deicere, quantum Resurrectio confirmare debet: quòd qui in Domino obdormierunt, in Domino quoque resurgent. ueluti hanc spem indubiam nos habere iubet Paulus, admonēs ne dolcamus, quemadmodum et cæteri qui hanc spem non habent. Accedamus igitur ad alterã huius orationis partem, ac de fructu, quem nos ex huiusmodi inferijs principis nostri, & mortuorum sacris capere oportet, Epilogi loco dicamus. Ac primũ quidem occasus ille principis nostri, seu aliorum amicorum, nos spei illius, de qua Paulus ait, commonescere debet, nimirum ut spe remus atque credamus post huius uitæ exitum uere nos uicturos, & ex hoc interitu carnis nostræ uitam multo meliorem certioremq; quàm hæc ipsa præsens est, futuram esse. Quemadmodum enim hyeme seu ipsa bruma ex frigore omnia rigent, emoriuntur, & occidunt, rosæ, lilia, flores, herbæ, folia, & totius gramina campi: uere autem nouo atque æstate omnia reuiuiscunt: terra suas uices mutante. Sic quoq; cum homine unà omnia eius simul morte concidere uidentur, ingenium, uigor animi, uires, forma ac uita ipsa, ita ut quasi hanc nunquam recepturus esse putetur,

nisi

nisi spe illa atq; fiducia immortalitatis ducatur, nitaturq;, qua olim (mirabile dictu) in momēto reuiuifcet ac instaurabitur totus homo, uere ipso multo amoenius, soleq; clarius. Hæc quisquis secum cogitat, minus horrebit mortem hâc temporaneâ, minusq; lugēbit parentes aut amicos defunctos, quod sciat eos olim post hunc somnum (sic enim diuina scriptura Christianorum mortem appellat) omni excusso puluere absterfaq; macula resurrecturos, atque cum Christo (primiſſis mortuorum) perpetuo uicturos esse. Careat ergo mors Christianorum lachrymis, linquamus Ethnicis & infidelibus mœrorem, ut celebrent funera cum gemitu, nos quandocunq; à Deo uocabimur, exeamus è uita leti, & agentes gratias pareamus, emittiq; nos è custodia, ac prauo hoc & peruerso mundo, & leuari uinculis arbitremur, ut in æternam ac planè nostrâ patriam ac domum remigremus. Eū quoq; diem horribilem impijs, nobis faustum felicēq; putemus, quod paratum nobis à Christo portum & perfugium trāsire utinam, uelisq; passis (ut Cicero inquit) peruehē liceat, idq; fidentibus diuina misericordia licebit. Est enim in conspectu illius, preciosa mors sanctorū eius, hoc est credentium. Quæ cum ita sint, Ericè generosiss. mortuum patrem tuum clarissimum principem deflere desistamus, nosq; mutuo his sermonibus Paulo iubente interim donec ille supremus suus cuiq; dies uenerit, qui nostras ærumnas, omniâq; mala perimet, deicietq; omnino, consolari incipiamus. Dixi.

EPITAPHIUM EIDEM ILLV-
stris. principi Erico, per eundem D. Iu-
stinum Goblerum.

Τῷ δὲ τάφῳ λέεται μὲν ἀνὴρ τε διαίφρον Ἐρικός
 ἡρώδης ἐν πολέμοις, πόντιος ἐν πόλεσι.
 πολλὰ ὑπὲρ αὐθούτων, καὶ πάσας πύματα ἤρου
 ἐμῆρος σώζειν ἀρνύμενος τ' ἐπαθῆν.
 ἐνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ὅσοι φύγον ἀπωγὼ ὄλεθρον,
 ἐμπεδος ἀλλὰ μόνει εἰς ἐριδιαινέμενος.
 ἀλλήμιος οὔτε σίχαις ἀνδρῶν, καὶ φαίδιμος αἰεὶ
 ἐν πρώτοις ἐπιπύτος, σὴν δὲ μὲν ὡς ἴε λέων.
 εἰ δέ τις ἐν πάντων πολέμοις μέγαν ἔσχον ἔπαινον
 οὗτος ἔχει πολλὸν, καὶ φθόνον οὐ φέρεται.
 ὡς ἀπαρῆς πόμπης ἴσως μέγαν Αἰμυλιαίου,
 ἡμῶν σφετέρης καὶ δῖοι εἰς θαύματον.
 οὐ πᾶσ' ἀνθρώποι αἰεὶ ἡρώδης ἐστὶ μέγιστον,
 μοῖρα μὲν οὐδ' ἀγαθῶν φείδεται, οὐδὲ λιανῶν.
 χαῖρε γλυκὴ πάτρα μετὰ γόνυσι πᾶσι φίλοισι
 οὐκ ἔσομαι ἀκλαυστός, καὶ πᾶσις ἡδὲ τοῦσδε.
 νῦν δὲ μὲν ἐν πατρίδος ἐγὼ ἀπωλώλενα αἴης,
 σῶμα τάφος τηρεῖ, οὐρανὸς ἀλλὰ ψυχῆν.

Latine sic ferè adverbum.

Hac iacet Ericus tumba, Mauortius Heros,
 In belli fortis tempore, pacis item.
 Pro Domino, patriaq; tulit discrimina multa,
 Multaq; quo cupidus commoda utriq; dar et.
 Non ut degeneres, unquam se forte fugare est

Passus,

Passus, at audaci restitit usq; manu.
Strenuus ante alios in pugna, clarus in armis,
Primus apud primos ut stetit ipse leo.
Si cui præ reliquis decori est res gesta, profecto
Magnum etiam hic extra fert decus inuidiam.
Coniunctus sequitur magnum comes Aemilianum,
Atq; suos, mortis dum uenit horæ suæ.
Cuius in humanis semper uis maxima rebus,
Quæq; bonos iuxta surripit atq; malos.
Ergo uale dulcis patria, uxor, caraq; proles.
Non dux, uirq; pater sum sine funebribus.
Et cum aliena equidem iaceo tellure sepultus,
Cælum animam, tumulus corpus & ossa tenet.

BASILEAE IN OFFI-
cina Barth. Vuesthemeri, sumptib. uero Ioannis
Oporini Anno à Christonato M. D.
XLIII. Mense Augusto.

